

Ottawa 33
April 1st
1906

2 esta regularado en cuatro mil
3 y dos reales: hay un Bene-
4 posee D. Manuel González,
5 ill quattrocientos setenta y sie-
6 , y preciso que se suprima es-
7 ; con sus valores se erija una
8 irada en el anexo Barrio Mar-
9 a nueva Vicaría la asistencia
0 tiene sesenta y tres vecinos,
1 egulador en mil seiscientos se-
2 s; y no habiendo renta algu-
3 n Parroquia para poder agre-
4 util, y necesario que se le
5 o de Valdeavellano, que go-
6 ion Sanz, y vale mil ciento
7 ales, en atención a la corra

ta y tres , el Curato esta
trescientos cincuenta y do
ficio servidero que posee
de valor de dos mil quai
te : tengo por util , y pre
te Beneficio , y que con s
Vicaría perpetua curada ei
tin , y que su provisión s
tando a cargo de la nuev
espiritual del anexo los S
Molinos de Razon tiene
y su Curato esta regulad
señata y cinco reales ; y u
na eclesiastica en su Part
garle , me parece útil ,
agregue el Prestamo de Y
za D. Pasqual Ramon Sa
cincuenta y seis reales .

Sig. t.^a Top.^a
Est. 87
Tab. 2
Núm. 30

obligacion de contri-
do de Castillijo con una
nociimiento de haber si-
y Matriz de Aldelices,
la Vicaria una decente
uedaba mas que media-
ugar de Garray consta-
os, y su anexo Tarde-
la Vicaria de Garray es
nuestra Señora del Es-
s mil seiscientos ochen-
ibuyen el Cura, y Be-
rexo Tardesillas hay un
llevan dos partes de las
la cantidad de seis
y el Vicario de Gar-
arce preciso, y nece-
d Espino, que vale seis

S·V

anno R. 905.
MMA SACRA

MEN TORVM ECCLESIAE EX
DOCTRINA F. FRANCISCI A VI.
etoria, ord. Præd. apud Salmanticam
primarij Cathedratici Con-
gesta per F. Thomam de
Chaves illius di-
scipulum.



BIBLIOTHECA POPULARE
SORIA

BARCINONE,
In ædibus Claudiij Bornatiij sub forti Aquila.
Anno. M. D. L. XV.

Ex del catalogo de la Comp. de Jhs de Soria
y su Libreria

17) 19. M. R. 1911
18) 20. M. R. 1911
19) 21. M. R. 1911
20) 22. M. R. 1911
21) 23. M. R. 1911
22) 24. M. R. 1911
23) 25. M. R. 1911
24) 26. M. R. 1911
25) 27. M. R. 1911
26) 28. M. R. 1911
27) 29. M. R. 1911
28) 30. M. R. 1911

ILLVSTRISSI-
MO AC REVERENDIS-
SIMO. D. D. GVILLER-
mo Cassador Barcino-
nensi Episcopo
dignissimo.

Claudius Bornatius.

S.

Venit in meas manus, Præful amplissime, Summa sacramentorū Ecclesiæ ab illo non satis dignè laudato Francisco Victoria edita, cuius eximiam eruditio[n]em nostra Hispania, & omnes ferè, quæ Christum profitentur nationes, suspiciunt. Si quis enim velit animaduertere, quanta cum dexteritate permultos annos Theologiam in illa celebri Salmanticensium Academia fuerit professus, & quanto cum ingenij acuminis penetralia tantæ & tam eximiæ facultatis fuerit lustratus, certè nihil inueniet (omnibus, qui eum audierunt, affirmantibus) quod in eo à quoquam desiderari debeat, aut possit. Et inter

A 2 alias

alias admiradas eius prælectiones ab innumeris
discipulis, dum publice Theologiā interpretare-
tur, exceptas hęc sola sacramētorū Ecclesiæ Sum-
ma argumēto vnicuiq; esse potest: quam nō ces-
sant in dies summis laudibus ob tot & rātas, quas
affert vtilitates, Theologi omnes extollere. Hoc
igitur tam diuinū opus (quo tuę diœcesis presby-
teri carere nō deberēt) volui meis typis mādare,
& tibi inter eruditissimorū coronas iure nume-
rādo, cui admodum placere sciebā, dicare: vt ne
ægrè ferre possint Victorianī, si ducē, ac literarij
ordinis velut protomystam, & omniū eruditiorū
patronū nō elegerim. Habebunt enim præfulem
reipublice Christianæ supra, quā dici queat, salu-
tarē: suspiciēt virū nomine sapiētiæ admirandū,
laudabunt cōsummatissimum Palladis militē, &
in illo Tridentino Cōcilio doctrina admirabili
olim insignē. Accipies itaq;, præful amplissime,
hoc meū munusculū, quod tibi ob tātam tui no-
minis celebritatē, & ob tot ac tāta, quæ in me cō-
tulisti, & cōfers quotidie beneficia, debebam: vt
apud posteros meæ erga te obseruantiaē signū, &
tui erga me beneuoli animi testimonium in per-
petuum extare possit. Vale, ex nostra Barcino-
nenſi Typographia. 14. Calen. Martij.

Nos

Nos fray Christoual de Cordoua maestro en sancta Theologia , vicario general dē la prouincia de Espana de la ordē de los predicadores . Y el maestro fray Iuā de Ludeña , Prior de sant Pablo de Valladolid , Fray Domin go Caluete prior de Palēcia , fray Christoual de Salamanca , prior de Toledo , y fray Martin de Ayllon , prior de Burgos , diffinidores del capitul o de la misma orden , celebrado en Segouia , año 1559 . Por la presente cometemos a los reuerēdos padres el prior de sant Pablo de Valladolid , y al maestro Cuevas regente de nuestro collegio de sant Gregorio de Valladolid , para que vean y ex aminen vna Summa de los siete sacramentos de la yglesia , que el padre presentado fray Thomas de Chaues ha recopilado del reuerendo padre maestro fray Frācisco de Victoria de buena memoria , para que vista por ellos y aprouada , desde ahora le damos licencia para que la pueda impri mir , con tanto que tenga la prouision ordinaria del consejo real . Fecha en sancta Cruz de Segouia , a . 22. de Abril . 1559 . Fray Iuan de Ludeña . Fra . Dñicus Caluete . Fra . Christoual de Salamanca . Fra . Martinus de Ayllon . Por diffinidores .

DIgo yo el maestro fray Iuan de Ludeña, prior de sant Pablo de Valladolid, que la impression desta summa, collegida de las lectiones del padre maestro fray Fráncisco de Victoria, se nos cometio enel capitulo de Segovia al padre maestro Cuevas, y a mi : y siendo el viuo cōmunicamos si se imprimiria, o no: y fuymos de parecer que se puede imprimir, y que se rra libro prouechoso para memoria de los que algo saben, y lumbre de los que saben poco de sacramentos y casos de conciencia: y porque este fue nuestro parecer lo firme de mi nōbre. En sie
te de Febrero de mil y quinientos y sesenta.

Fray Iuan de Ludeña.

ADMODVM RE-

VERENDO DOMINO

Francisco Perez, Ecclesiæ Tole-

tanæ sancti Genesij Rectori, Frater

Thomas de Chaves. S. P.



B S E C R A S T I M E (AD modum obseruāde domine, paterq; sapientissime, in Christo Iesu animo meo charissime) ac tuis literis efflagitasti, vt septem Sacramētorum Ecclesiæ mystria in summam quandam redigerem: atque doctrinārum fluēta, quæ doctissimus magister frater Franciscus à Victoria inter legendū materiam de Sacramen-
tis in suos discipulos longè latèque effuderat, in compendium cogerem. Cūm itaque considerarem, obse-
crationem eius qui potest præcipere, vicem urgentis
obtinere mandati, quanuis aliæ me solicitudines, qui-
bus assiduè distringor, euocarent, tua me tamen merita (haud spernenda) pepulerunt, vt tibi potissimum
meum desudaret ingenium, cui iampridem animum
cōsecraueram. Et licet hoc meum erga te obsequium,
communibus alijs laboribus (in quos me totum reie-
cit obedientia) iniuriam videatur afferre, non sum ta-
men ratus iniquè facere, priuatæ tuæ vtilitati infer-

uiens: qui solus vniuersitatis merita propemodum ex-
quas:cui etiam longè sum ego magis astrictus , quam
cæteris vniuersis. Omitto interim , quod huius nostri
suscepti laboris fructus, non ad te solum , sed ex te in
phures alios debet promanare:qui animum tuum tan
quam lucernam ardenter , non sub modio clausam,
sed in edito sitam loco suspiciunt . Itaque quod com
muni vtilitati in hoc meo opere vna ratione videbar
subtrahere,multis alijs (si quis recte expenderit) cum
amplo fœnore restituo . Cape igitur ouans, pater in
tegerrime,hoc ex me munusculum, quod licet inglo
rium,licet exile:nunquam ulli à me nisi tibi conce
sum . Sic autem Sacramentorum materiam in hoc
breui opusculo collegi, ut nihil (nisi meus me
fallit animus) quod ad rem pertineret subti
cuerim , nihil superfluum admiserim : quo
rum alterum mihi vitio verteres,alterum
(noui enim te) repudiares. Et vt au
dius,maiorique cum fide opus hoc
legeres , nihil ex meo prōptua
rio deprompsi . Omnia ex
ditissimo penu mei sapi
entissimi magistri sunt
eruta:qui ex integro,meo rogatu,scri
pturam perlegit: quo nullus ti
bi in animo dubitationis
scrupulus resideret.

Vale,

QVIA VT AIT CICERO OFFICIO. I.

Omnis qui de re aliqua instituitur sermo,
debet à diffinitione proficisci, ut
intelligatur, quid sit id, de
quo disputatur.

ARTICVLVS. I.

VAER IT V R in primis,
quid sit sacramentum? Diffi-
nitio autem secundūm eun-
dem Cicero. debet esse bre-
uis, & dilucida oratio, natu-
ram rei exponens. Et ideo Augusti. lib. 10.
de Ciuita. Dei, sic diffinit. Sacramentum
est sacrae rei signum. Hæc diffinitio habe-
tur de consecra. d. 2. c. sacrificium. Hæc est
etiam prima diffinitio earum, quas Magi-
ster sententiarum ponit in. 4. d. 1. & sanctus
Tho. 3. p. q. 60. arti. 2. Vbi aduerte quòd quā
do dicit sacrae rei, non intelligitur quæli-
bet

Sacra-
mentum
quid sit.



DE SACRAMENTIS

bet res sacra, quia sic crux, & multā alia es-
sent sacramentum, sed res sacra sanctifi-
cans nos. Cūn enim sacramentum sit si-
gnūm quoddam, signa autem propriè de-
beantur hominibus, & sacramentum sit
proprium hominum, oportet ut per rem
sacram intelligamus rem homines sancti-
ficantem. Per signum etiam non intelligas
quodcūque signum, sed signum exterius,
quod cōnūter vocatur signum, & quod
diffinit Augusti. 2. de doctrina Christiana
dicens. Signum est quod præter speciem
quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud
in cognitionem venire. Est igitur sacramē-
tum, signum sensibile rei sacræ, nos sancti-
ficantis. Per rem ergo sacram nos sanctifi-
cantem, intellige principaliter gratiā gra-
tum facientem: quanuis. S. Tho. 3.p.q.60.
art.3.dicat tria figurari in sacramentis. Pri-
mum, causam effectuā nostræ sanctifica-
tionis, scilicet passionem Christi. Lucæ.22.
Hoc facite in meam commemorationem.
Et. I. Corinth.ii. Quotiescumque mandu-
cabitis panem hunc, & calicē bibetis, mor-
tem domini annūciabitis. Secundum, cau-
sam

sam formalem nostræ sanctificationis sci-
licet gratiam. Tertium, causam finalem,
quæ est gloria. Vnde Eccle. cantat ex officio. S. Tho. O sacrum conuiuum in quo
Christus sumitur, recolitur memoria pa-
ssionis eius, ecce primum: mens impletur
gratia, ecce secundum: & futuræ gloriæ
nobis pignus datur, ecce tertium. Sunt &
aliæ diffinitiones sacramenti, quæ sub alijs
verbis idem quod prima iam posita docent.
Sacramentum, ait Magist. sentent. est inui-
sibilis gratiæ visibilis forma, ut eius imagi-
nem gerat, & causa existat. Et August. lib.
de corpore Christi. Sacramentum est per
quod sub tegumentis rerum visibilium, di-
uina virtus secretius salutem operatur. Et
Hugo de. S. Victo. lib. de sacramentis. i. p.
cap. i. Sacramentum est materiale elemen-
tum, foris sensibiliter propositum, ex simi-
litudine repræsentans, ex institutione si-
gnificans, ex sanctificatione continens ali-
quam inuisibilem & spiritualem gratiam.
Et hæc de diffinitione sacramenti sufficiat.

VIS A sacramenti diffinitione, quia de
sacramentis nouæ legis est noster hic tra-
datus,

²
Sacra-
mēta re-
teris &
nouæ le-

gis quo
differat

DE SACRAMENTIS

Etatus, videre oportet in quibus diffentant nostra sacramenta à sacramentis veteris legis, maxime à circuncisione, quæ secundum Augusti. & omnes doctores, conferebat gratiam ex opere operato. Notandum ergo, primò certum est quod sacramenta veteris legis non aperiebant cælum, ut patet ex multis sacræ scriptaræ locis. Omnes enim antiqui patres, etiam sanctissimi fatebantur se in infernum descensuros, ut Iacob Gene.37. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Job.14. Quis mihi tribuat ut in inferno protegas me. & 17. Et in fernus domus mea est. & ps. 88. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem: eruet animā suam de manu inferi? Et certum est quod sacramenta nouæ legis aperiunt ianuam cæli. Christus in sua passione aperuit eam in cōmuni toti generi humano, in particulari vero aperiunt sacramenta. Matth.3. Prædicabat Ioannes, pœnitentiam agite, appropinquauit regnum cælorum. Ephe.2. Cuius gratia estis saluati, & confedere nos fecit in cælestibus. Rom.8. Si filij, ergo & hæredes. Matth.25.

Venite

Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Et Matthæi. 3. Iesu baptizato, aperi sunt cæli. Ex hoc sequitur quod sacramenta veteris legis, non ponebant homines in statu sufficieti perueniendi ad vitam æternam, & per consequens non dabant salutem, quia ultima salus est beatitudo, ac pro inde tunc gratia non erat perfecta. Vnde, tunc quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo: quia scilicet non habebat ius adeundi vitam eternam, ab extrinseco, quia nondum aperuerat Christus ianuam cæli. Per peccatum enim Adæ, & quodcunque auctuale peccatum, nō solum Adam incurrit indignationem, sed etiam omnes posteri eius, & tota natura humana: & sic duplex olim erat indignatio, scilicet contra personam, & contra naturam. In veteri autem lege, per sacramenta tollebatur indignatio prima particularis contra singulos homines, sed tamen manebat adhuc indignata Deo tota natura humana, quæ indignatio nunquam usq; ad Christum à toto genere humano fuit ablata, & sic non erant Deo perfectè grati in illa legi

DE SACRAMENTIS

ge veteri, sicut nunc in noua, quando omnis indignatio particularis & communis ablata est. Et ista sufficientant de sacramentis veteris legis.

3 **QVAE RITVR**, quot sint sacramenta nouæ legis? Respondeo, quod septem, Baptismus, cōfirmatio, pœnitentia, eucharistia, ordo, matrimonium, extrema vnḡtio. Hoc determinatum est in conci. Florenti. sub Euge. 4. & in cap. ad abolendam, extra de hæreticis, Excommunicantur & damnantur, qui de ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere præsumperint, quam ecclesia Romana docet. Cum ergo ecclesia Romana in dicto concilio, & in usu teneat. 7. esse sacramenta nouæ legis, iam nemini licebit de hoc dubitare.

4 **SUFFICIENTIAM** & congruitatem huius numeri docet. S. Tho. 3. p. q. 65. arti. i. dicens. Sacmenta ecclesiastica ordinantur ad duo, scilicet ad perficiendum hominem in vita spirituali, seu in cultu Christianæ religionis, & in remedium contra peccatum, & quantum ad vtrumque conuenienter sunt. 7. Vita enim hominis spiri-

spiritualis, similitudinem habet ad vitam corporalem, propter quod eodem nomine vocatur utraque vita. In vita autem corporali dubliciter aliquis perficitur, uno modo quantum ad propriam personam, & hoc dupliciter, scilicet aut acquirendo perfectionem, aut remouendo impedimenta. Perficitur autem vita perfectione prima per generationem, quando acquirit vitam: & loco istius generationis succedit baptismus, qui vocatur regenerationis, quia homo cum esset mortuus per peccatum, recipit vitam per lauacrum regenerationis, & renouationis, ad Titum.3. Secunda perfectione est augmentum, cui succedit secundum sacramentum confirmationis, quod principaliter in Pentecoste est institutum, quando dominus dixit, Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Tertia perfectione vitae corporalis est nutritio, quae est conseruatio vitae, & loco huius succedit eucaristia. Vnde Ioan.6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed quia homo interdum incurrit aegritudines,

studines, habere debebat remedium: quod
quidem est duplex, vnum ad repellendum
morbum, vt pharmacum: alterum ad resti-
tuendas vires. Sic etiam in vita spirituali,
ad expellendas infirmitates peccati, est po-
nitentia. Psalmus, ii. Sana animam meam,
quia peccaui tibi. Alterum ad expellendas
reliquias peccatorum, & est extrema vn-
ctio, de qua Iacob, 5. Et si in peccatis fuerit
dimitentur ei. In ordine autem ad com-
munitatem perficitur homo dupli-
ter, uno modo suscipiendo po-
testate regendi: & loco istius
succedit ordo. Alio mo-
do secundum natu-
ralem propa-
gatio-
nem, quod
fit per matrimo-
nium, tam in corpo-
rali quam in spirituali vita.

DE SACRAMENTO BAPTISMI tractat Magister. 4. d. 3. & dicit quod baptisimus est, ablutio exterior corporis facta sub forma verborum præscripta: & determinatè tractat de hoc sacramento Sanct. Tho.

3. p. q. 66.



VBITATVR, quando fuit ⁵ baptif-
institutus baptisimus? virum an mus quā
te Christi paſſionē, vel postea? do insti-
tutus.
Respondeo per duas proposi-

tiones. Prima, certissimum est quod fuit inſtitutus à Christo ante paſſionē. Paret hoc Ioan. 3. vbi expreſſe habetur quod Christus baptizabat. Et Ioan. 4. declaratur quomodo baptizabat, quāquam Christus non baptizaret, sed discipuli eius baptizabāt de manu dato ipſius, quia aliás Christus non dicere tur baptizare. Non est autem veriſimile quod Christus baptizaret baptismo Ioannis, nec etiam apostoli Ioannis baptismo baptizabant, vt dicit Hierony. in epis. ad Seleucianum, & in ſermone Epiphanię. Aliás inter discipulos Ioan. non fuisset inuidia, qui do-

B lebāt

DE BAPTISMO.

lebant eò ꝑ plus baptizaret Christus quam
Ioannes, nam ille baptismus diceretur Io-
annis non Christi. Item sacramenta sunt in-
strumēta nostræ redēptionis: cum ergo
Christus perfecerit redēptionem in passio-
ne vel resurrectione, & baptismus sit potis
fima pars redēptionis, sequitur ꝑ fuit in-
stitutus ante Christi passionē, scilicet Ioan-
nis. 3. ibi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua &
spiritu sancto, nō potest introire in regnū
Dei. Et ita tenent omnes doctores, quòd
fuit institutus ante passionem.

6 SED quæritur, quando? Quidam di-
Beda. 2. cunt quòd quādo Christus baptizatus fuit
in Iordanē, tunc enim sanctificans aquas
vim regeneratiuā illis contulit. Alij dicunt
quòd fuit institutus, quādo Christus dixit
discipulis suis, Euntes docete omnes gen-
tes, baptizantes eos, &c. Marc. vltim. Sed
hoc refellitur, quia fuit institutus ante pas-
sionem, prædicta autem verba dicta fuere
post resurrectionē. Sanct. Tho. & Nicol.
de Lyra, tenent ꝑ fuit institutus quando
Christus fuit baptizatus in Iordanē. Ioā. 1.
& ita tenendū est, sine aliqua dubitatione.

QV AE-

Q V A E R I T V R , quādo baptismus ⁷
 incepit obligare , & consequēter alia sacra ^{Baptis-}
 menta nouæ legis , ac proinde quādo cessa ^{mi obli-}
 uerūt legalia ? Respondeo per propositio- ^{gatio qñ}
 nes . Prima propositio , Ante passionem &
 mortem domini , circūcisio & alia legalia
 fuerūt semper sub præcepto . Probatur nā
 Christus non soluit veterem legem , ante-
 quām eam impleret : sed non fuit impleta
 vsq; ad passionē , cū dixit consummatū est .
 Ioan . 19. Ergo ante passionem legalia non
 cessauerūt : per passionem enim suā (vt ait
 Paulus) liberauit nos Christus à seruitute
 legis . Secunda propositio , In passione do-
 mini omnia legalia fuerunt extincta quan-
 tum ad præceptum , & quātum ad virtutē .
 Volo dicere , q̄ post passionē domini non
 erat præceptum de circūcisione , nec de ali
 quo alio in lege scripta , totaliter enim ex-
 tincta erat quātum ad vim illam quā priūs
 habebat , & nullum omnino habebat effe-
 ctum . Lex enim illa fuit instituta ad signifi-
 candum gratiam noui testamenti , quæ per
 Iesum facta est , ac proinde mortuo Chri-
 sto debuit cessare : sicut adueniente luce ,

cessat vmbra. Item legalia non cōferebāt
 gratiam perfectam: ergo adueniēte quod
 perfectum est, euacuatum est quod ex par-
 te erat. 1. Corin. 13. Reprobatio fit prioris
 mandati propter infirmitatē eius, & ini-
 litatem, nihil enim ad perfectum lex addu-
 xit, introductio verò fit melioris spei. Ter-
 tia propositio, Ante promulgationē suffi-
 cientem euangelij, per aliquod tempus le-
 galia non erāt mortifera: ad hunc sensum,
 quia licebat obseruare ea, & non erat pec-
 catum etiā scienti & non ignorantī legem
 Christi. Prob. quia Paulus circuncidit Ti-
 motheum. Act. 16. & purificauit se. Act. 21.
 Hoc autem permisum fuit, vt Aug. ait. vt
 synagoga cū honore sepeliretur. Vt osten-
 deretur igitur quòd fuerat bona & sancta,
 non est illj statim post passionem deroga-
 tum. De ista propositione fuit magna con-
 trouersia inter Hieronymum & Augusti.
 Hierony. enim videtur sentire, q̄ statim
 post passionem legalia fuerunt mortifera,
 & factum Pauli, & Petri excusat, quia fue-
 runt quædam piæ dispensationes & simu-
 lationes, vt vitaretur scandalum. Sed Au-
 gustinus

Legalia
qui indo-
cessauer-
runt.

gustinus oppositum omnino tenet, & qui dem diserte & eleganter disputat. Si enim iam essent mortifera, propter nullum scandalum licuisset Paulo circuncidere Timotheum, nec simulare circumcisionem, etiam pro salute totius populi Iudæorum, quia esset mendaciū in factō. Petrus autem incautē se habuit in obseruatione legaliū nimium cōdescendens Iudæis illis, qui legalia obseruanda esse dicebant, ita ut aliqui eius exemplo inducerentur ad eorum obseruātiām, quasi essent necessaria, & ideo Petrus aliquam leuem culpam incurrit, & erat reprehensibilis, vt ait Paulus. Quarta & vltima propositio, Post sufficientē promulgationem euangelij omnia legalia fuerunt & sunt mortifera. Hoc determinatū est extra de baptismo & eius effectu. c. mā io. & in conci. Florenti. damnati sunt Chērinthus & Ebion, contrarium tenentes. Et ad Gal. 5. Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit.

S E D dubium est, quādo fuit facta sufficiens promulgatio euāgelij? Respond. ⁸ *Promulgatio euāgelij* non est certū. Non enim potest dici quod *euāgelij*

quando fuit facta in Pentecoste, quia postea Paulus
 fuit factus circuncidit Timotheum, & Petrus serua
 et sufficiens legalia, ut patet Actuum. 10. Absit a me
 cientes. domine, commune & immundum non introi-
 uit in os meum. Nec potest dici quod in 3.
 conci. celebrato Actu. 15. quia postea purifi-
 catio Pauli facta est, Actu. 21. & in illo co-
 cilio continentur aliqua legalia, scilicet ut
 abstineant a suffocato & sanguine. Dicunt
 aliqui quod tunc facta est sufficiens promul-
 gatio, quando Titus & Vespasianus destru-
 xerunt Hierusalem. Permissio enim lega-
 lium post passionem, erat propter Iudeos.
 Cum igitur illi tunc sint penè extinti, sine
 lege, sine rege, sine Deo, ut dicit Lactan. vi
 detur quod ex tunc omnia legalia sunt morti-
 fera: & licet hoc non sit certum, non est tam
 aliquo pacto dubitandum, quin nunc & per
 multas annorum centurias antea fuerint le-
 galia mortifera. Circuncisio enim fuit in-
 stituta ad significandum aliquid futurum in
 Christo, & sic modo esset mendacium per-
 niciosum. De baptismo igitur, & de omni-
 bus sacramentis nouae legis, ait Sanct. Tho.
 quod post passionem domini cooperunt ha-
 bere

bere vim obligatoriam, quia tunc cessaerunt legalia: ut aperte dicit prophetia Daniel. 9. Et in dimidia hebdomada occidetur Christus, & cessabit hostia & sacrificium. Probatur autem hoc, quia Marci viti. Christus dixit. Ite docete omnes gentes baptizantes eos, &c. qui non crediderit, cōdemnabitur. Hoc autem dictum fuit ante Pentecostem, & apostoli prædicabant e modo quo Christus præceperat scilicet, ni si baptizemini & credideritis, cōdemnabimini: ergo tunc tenebātur ad baptismū, & per cōsequēs ad alia præcepta nouæ legis.

Q V A E R I T V R , Quæ sit materia sacramenti baptismi? Respon. φ aqua simplex, quia habet proportionem ad effectū ^{Baptis- mi ma-} spiritualem, quoniam mūdat, & est cōmu- ^{teria q̄} nior materia quā omnes facile possunt ha- ^{fit.} bere. Patet hoc Ioā. 3. Nisi quis renatus fue rit ex aqua & spiritu sancto, nō potest, &c. Cum niue autem & cum glacie, nō posset quis baptizari, quia est alterius speciei quā aqua. Posset tamē baptizari aqua resoluta ex niue, aut glacie, seu gelu, quia iam est ve ra & simplex aqua: quanuis de hoc Marsi-

lius dubitet, & quidam alij. In aqua verò rosacea & alijs artificialibus aquis, non potest quispiam baptizari, quia nō sunt aquæ veræ.

io QVAE RIT VR, quæ sit forma hum-
Baptis- ius sacraméti? Respon. q̄ hæc ego te bapti-
mi for- zo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus san-
ma que eti. Patet hoc Matth. vlt. & in conci. Flo-
fit. ren. Quæritur, vtrum mutatio huius for-
mæ vitiet sacramentum? Respond. q̄ du-
plex est variatio, quædam quæ mutat sen-
tentiam & sensum formæ, & talis euacuat
sacramentum. Altera quæ non mutat sen-
sum & sententiam formæ, & talis non tol-
lit sacramentum. Vnde in cap. retulerunt
de conse. d. 4. Zacharias papa determina-
uit, quòd ille qui dicit, ego te baptizo in
nomine patrias, & filias, & spirituas san-
tas, vere baptizauit.

ii QVAE RIT VR, an si diceret, ego
Error in te baptizo in nomine genitoris, & geniti,
forma & procedentis, vere baptizaret? Respon-
an vitiet q̄. S. Tho. h̄ic, & 3.p.q.66.ar.5.&6.dicit q̄
sacramē nō. Idem ienit Scot. Bonauē. Ricar. Tho.
tum. de Argentina. Gabri. Aliaco, & Marſi. Pa-
 lu. tamē

Iu. tamen dubitat. Caieta. autem tenet omnino contrariū, afferens q̄ ibi esset verum sacramentū, quod probat multis argumentis. Nam de conse. d. 4. c. à quodam Iudæo. habetur, q̄ cū quidam Iudæus baptizaret, determinauit Papa, q̄ si baptizabat in nomine Trinitatis, vel Christi, vel Patris & Filij & Spiritus sancti (vnū quippe & idē est) non debebat iterū baptizari. Plus autē differt nomen Christi, à nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quām nomen genitoris, geniti, & procedētis: ergo. Hanc opinionem Caieta. reputat certā magister Vistoria. Fatetur tamen q̄ taliter mutare formam esset cōtra præceptū, ac proinde peccatum: baptismus tamen esset validus.

QVAERIT VR, an dicere, Ego te 12
 baptizo in nomine Iesu Christi, sufficeret Baptismus in
 ad baptismum? Respond. q̄ hoc aliquādo nomine
 fuit licitum & sufficiens. Patet quia ut dici Christi
 tur Aetū. 2. & 8. apostoli baptizabant sub an fidya
 illa forma: quod factū est ex instinctu spiritus lidiis.
 sancti propter odium, quod habebant
 Iudæi ad nomē Christi, ut incitarentur ad
 amorem eius. Vel forsan, quia apostoli nō
 audebāt

audebant in principio prædicationis suæ, apertè nominare Trinitatem populo infirmo. Sed vtrū sufficeret nunc prædicta forma? Respondet. S. Tho. 3. p. q. 66. arti. 6. dicit quòd non, & ita tenent cōmuniciter docto. Quia dicitur Matth. vlt. Baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et cap. in synodo de conse. d. 4. Euge. expressè determinat, quòd si quis in forma baptismi vnā personam non nominaret, nō baptizaret, & ibidem cap. si re vera. dicitur, q̄ si quis baptizaret in nomine domini, non esset baptismus. Et Didymus in lib. spiritus sancti dicit, quòd qui in forma baptismi nominaret vnam personam Trinitatis sine alijs, non baptizaret. Cum apostolis autem disp̄sauit spiritus sanctus propter rationes iam dictas. Caieta. verò oppositum tenet. 3. p. q. 66. ar 6. & Magist. sententi. hic in litera, & Hugo de. S. Victore, lib. 2. de sacramen. part. 6. ca. 2. & Adria. in. 4. q. 2. Quia in capit. à quodam Iudæo. dicitur; quòd qui baptizatus est in nomine Christi, non est rebaptizandus. Sed forte prædictum caput noluit hoc determinare tanquam

tanquam de fide. Res mihi dubia est & ambigua, & ideo nihil volo determinare: vtraque opinio est probabilis, & periculo sum est, hic tenere in tanta materia, quod certum non est.

QVAERITVR, an esset baptismus ^{Baptis-}
si quis diceret: ego te baptizo in nomine ^{mus in}
sanctissimæ Trinitatis & indiuiduæ unitati-^{nomine}
tis? Respond. quod omnes dicunt \wp non. ^{Trinita-}
Ita tenet Sanct. Tho. Scot. Adrianus, & cœ-^{tis.}
teri. Caietanus tamē tenet quod est verus
baptismus, propter illud capit. à quodam
Iudæo. Certè ego in hac re nō credo Caie-
tano, sed dico quod non esset baptismus.
Et idem dico de eo qui diceret, ego te ba-
ptizo in nominibus patris, & filij, & spiri-
tus sancti: non est baptismus. Ita tenet Pa-
lu. 4. distinct. 3. quæstio. 1. arti. 3. & magister
sententiarum. 4. distin. 3. cap. 5.

QVAERITVR, an requiratur \wp mi-
nister, seu baptizans exprimat propriam ^{Bapti-}
personam, dicés, ego? Respond. \wp sufficit
dicere virtualiter, vt si dicat, baptizo te,
&c. Sed vtrum sit necessarium \wp exprima
tur saltem virtualiter? Respondeo, \wp non, ^{priā per}
^{zās an}
^{debeat}
^{expri-}
^{mere \wp -}
^{sonam-}
[&]

& itā tenēt omnes. Nam Græci baptizant sub hac forma, baptizetur seruus Christi in nomine patris, &c. Et est verus baptismus, ut tenet. S. Tho.3.p.q.66.arti.5.1.&2. Et ita tenendum est sine dubio. Quāuis in c.1. si quis, de baptis. videatur dici contrarium, sed intelligitur de illis, qui tantummodo dicunt in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: nō dicendo baptizo, vel baptizetur. Si quis autem diceret (causa gratuitatis) nos te baptizamus in nomine, &c. nō esset baptismus, secūdum. S. Tho.3.p.q.66.art.5.4. quia variatur sensus formæ. Nos

Baptiza enim, significat ego & tu. Si autem episco^{re} vnu^m pus, vel alia magnifica persona baptizet *an pos-* sub illa forma, est verus baptismus, quia iā *fint duo* ex circunstantijs & accōmodatione patet *simul.* tātundem significari, sicut ego te baptizo. Duo autem si sic baptizāt, & vnu^m aquām mittat, alter vero dicat, ego te baptizo, &c. nihil faciunt, quia est falsa forma illius qui dicit ego te baptizo. Si verò simul & semel ambo baptizant (quia contendunt de præbenda) ita q̄ quilibet totum faciat, est verus baptismus, nec de hoc dubito, nisi quilibet

quilibet dicat, nos te baptizamus. Tunc enim secundum Sanct. Tho.3.p.q.66, arti. 5. & q.67. arti. 7. non est baptismus: quod ego reputo securius, licet oppositum dicat Caieta.3.par.q.67. arti.7. & Palu. 4. dist.3. q.2. & Durand.4.dist.3.q.3.

S E D vtrūm requiratur quòd nomine ¹⁴ baptizat _{ta persona} tur persona baptizata scilicet te? Respond. quòd Scot.4.dist.3.q.2.arti.3.& Gabriel.4. d.3.q.vnica, dicūt quòd sic, & ita tenēdum _{na an} est, nam requiritur q̄ verba baptizantis ap _{debeat expli-} plicentur alicui. Sed vtrum quis posset se-_{cari.} ipsum baptizare? Respon. quod nō, vt patet.c.debitū, de baptismō, ybi hoc determi- natur. Sed vtrū esset baptismus, si quis dice ret, ego te abluo, vel mergo. Respond. q̄ sic, quia verba sunt synonyma: quicquid dicat Glosa in cap. multi sunt. Et fœminæ sermone Hispano baptizantes, melius fa ciunt, quam illæ, quæ baptizant sermone Latino, quia sciunt melius pronūtiare ver ba Hispana, quam Latina.

D V B I T A T V R, an requiratur mer-¹⁵ sio baptizati in aqua, vel an sufficiat tinge-_{baptizati} re ipsum? Respondeo, quòd fuit antiqua _{an re quira-} tur. cōsuetudo

Consuetudo ut mergeretur , iam verò non
oportet, sed quilibet seruet morē suæ diœ-
cessis . Vnde in Germania ponitur dūtaxat
gutula aquæ, &c. In locis autem vbi cōsue-
tum est ter mergere puerum, si ante secun-
dam vel tertiam mersionem , dicta forma
baptismi , puer moriatur, verè baptizatus
est, ut dicit Caieta. licet Palud. oppositum
teneat. Si autē timeatur mors pueri si mer-
geretur , nō debet mergi , sed sufficit eum
aqua aspergere , quicquid dicat Palu. 4. d.
6.q.1.ar.3.nam cōtra eum tenēt omnes do-
ctores. Si verò quis diceret, ego te baptizo
in nomine patris, &c. & mitteret puerum
in flumen, vtrūm esset baptismus ? Respō.
Palu.4.di.3.q.1. & Scotus.d.5.q.3. & Marſi.
4. q.1. & cōmunis opinio dicit , q̄ non est
baptizatus talis puer . Siluest. etiam tenet
idem, & hoc intelligēdum est etiam si ille
qui sic mittit querum , intendat eum bapti-
zare. Maio. autem in.4.d.4.q.2.& Panor.
cap.non ut apponeres, de baptismo, tenet
quòd esset verè baptizatus . Pro vtraque
parte est apparentia . Ego mallem tenere
q̄ esset baptizatus, nihil enim refert mitte-
re eū

re eum in aquam, vel mittere plurimam aquam super eum.

Q V A E R I T V R, vtrum baptismus remittat omnia peccata etiā actualia. Et vi detur quòd non, quia institutus est contra originale. Resp. ex sententia omniū docto rum, quòd baptismus remittit omnia pec-
Baptis-
mus, an
remit-
tat om-
nia pec-
cata eti-
am a clu-
alia.
 cata etiā actualia. Patet Ezechielis. 36. Ef- fundam super vos aquā mundam, & mun- dabimini ab omnibus inquinamentis ve- stris. Et est determinatū ab ecclesia de con sec.d.4.c.paruulo, &c.c.regenerāte, & sunt verba Augustini, & figuratū fuit Exod. 14. in Aegyptijs, de quibus dicitur, nec vnu quidem superfuit ex eis. Vbi dicit Glo. sic peccata omnia in baptizato. Item origina- le nō dimittitur sine gratia, sed gratia non patitur secum peccatū mortale, ergo omnia peccata mortalia remittuntur in baptis- mo. Hæc conclusio est de fide, & patet ex multis locis sacræ scripturæ, & ex cap.ma- iores, de baptis. ac proinde non licet de ea dubitare. Sed an remittatur tota pœna de- bita peccatis? Respō. ex sentent. omniū do- citorum quòd sic. August. in Enchiri.c.43.

&

& habetur de consec. d.4. cap. per pabtis-
mum ait. Per baptis. quicquid ab homine
dictum, factum, aut cogitatum est, totum
aboletur, & quasi factum non sit habetur.
Et Ambros. qui allegatur à magistro sen-
ten.4.d.4. dicit q̄ in baptismo nō requiri-
tur gemitus peccatorū, quia gratis omnia
condonantur: sed si non remitteretur tota
pœna, requireretur gemitus peccatorum,
ergo. Item, quia aliás post baptismum im-
poneretur pœnitētia sicut in confessione,
sed nō imponitur, ergo nullus relinquitur
reatus pœnæ post baptismum. Item ut di-
citur Roma. 6. In baptismo commorimur
Christo. 1. applicatur nobis eius passio ple-
nè, ergo totam emundat cōscientiam. Et si
aliqua iejunia baptizandis ante baptismū
imponebātur vel permittebātur, hoc erat
propter reuerētiā baptismi, vel ad satisfa-
ciendum pro peccatis, nō autem ad tollen-
dam pœnā. Remittitur etiā ratione baptis-
mi fomes & inclinatio ad peccandū: dicēte
Augustino de cōsec. dist. 4.c. nō ex æquo,
quod non ex æquo infestatur à fomite ba-
ptizatus, sicut non baptizatus. Diminuitur
autem

autē nō per subtractionem, sed per additionem cōtrarij, scilicet gratiæ & virtutis.

Q V A E R I T V R , vtrūm in baptismo detur gratia? Respōd. q̄ de hoc nō potest dubitari. Nam præterquā quòd in sacra scriptura habetur, est etiā determinatū in clemēti. vni. de sum. Trini. & fide catho-
 li. & in cap. maiores de baptismo. Et etiam virginī Mariæ contulit gratiam, contra quosdam errantes, & dicentes, ipsam vel non habuisse præceptum baptismi, vel nō recepisse in eo gratiam. Confert etiam virtutes infusas vt in prædictis cap. est ab ecclēsia determinatum.

Q V A E R I T V R , an baptismus omnibus conserat æqualem effectū? Respon.
 duplēcē esse baptismi effectum, vnu ordinatum, qui est gratia & virtutes, & remissio peccatorum, atq; pœnarum. Alterum aliquo modo annexum, vt donū prophe-
 tiæ, & gratiæ gratis datae. & de hoc secūdo effectu, manifestum est, quòd non semper omnibus cōfertur æqualis. De primo verò est inter theologos concertatio. Scotus enim & Gabrie. & Caieta. tenent q̄ licet ra-

tione sacraméti detur determinata gratia,
tamē ratione deuotionis ministrorū (vel
quia vnuſ est prædestinatus ad maiorē gra-
tiam quām aliud) est maior effectus baptis-
mi in vno quam in alio. Sed ego non dubi-
to quin hoc sit falsum, & contra sanctum
Tho. Sed dico, quod semper ratione sacra-
mēti datur æqualis gratia. Ita tenet Maio.
4.d.4.q.3. & hoc intellige de puerō. Nam
de adulto nō negarem quin maiorē gratiā
baptismi recipiat vnuſ quā aliuus, quia est
maior dispositio in vno quām in alio.

19 QVAERITVR, vtrūm qui est in
An *fit* actuali volūtate peccandi sit baptizandus?
baptizā Respond. S. Tho. 3. par. q. 68. arti. 4. & arti-
dus qui culo. 8. ad. 4. & Scotus. 4. distinct. 4. q. 5. Et
est in a- Palu. 4. distin. 4. q. 1. Et Durand. 4. d. 4. q. 2.
Etualdy
luntate
peccādi. quod talis non est baptizandus, & de hoc
 nō est dubitādum. Et August. (& habetur
 de consec. d. 4. cap. omnis qui) ait. Omnis
 qui iam suæ voluntatis arbiter constitutus
 est, cùm accedit ad sacramētum fidelium,
 nisi pœnitentia, nō potest nouam vitam in-
 choare. Ab hac pœnitentia, cùm baptizan-
 tur soli pueri immunes sunt. Item Actu. 2.

Agite

Agite pœnitentiam & baptizetur vnus-
quisque vestrum. Pœnitentia autem, quæ
ante baptismum requiritur, debet esse con-
tritio, sicut & in sacramento confessionis:
nisi excusetur ignorantia, qua putat se suffi-
cientem dolorem habere, cum tamen non
habeat, tunc enim sufficit attritio cum sa-
cramento, sicut etiam de pœnitentia. Et
per omnia similis dolor requiritur ante ba-
ptismum, sicut ante pœnitentiam: quia do-
lere de peccatis est de iure naturali, quod
non impeditur a iure diuino. Baptismus
autem in peccato mortali susceptus, valere
incipit fictione recedente, ut determinat
August. cap. tunc valere, de consecratione
distin. 4. maximè si habuerit attritionem.
Sed quæritur, quare hoc sacramentum ha-
beat istud priuilegium, quod recedente
fictione valeat, cum eucharistia non ha-
beat illud, immo nec pœnitentia? attritio e-
nim post pœnitentiam nihil valet, quan-
uis cum pœnitentia valeat: & tamen at-
tritio post baptismum, illius inquam pec-
cati attritio, de quo erat fictio, sufficit ad
hoc ut baptismus conferat gratiā ex opere

operato. Respondet sanctus Thomas. 4. distin. 4. quæstione. 3. art. 2. quod ratio discriminis est, quia baptismus imprimet characterem, quia iam talis est verè baptizatus, & baptismus non potest iterari: & si sic non repararetur effectus eius, esset in vacuum suscepitus. Effectus autem aliorum sacramentorum iterabilium potest recuperari.

²⁰
Baptismus triplex. QVAERITVR, an sint plura baptismata? Respō. quod sic, nam triplex est baptismus, videlicet, flaminis, sanguinis, & aquæ, ut notat Glo. super illud Hebr̄o. 6. Baptismata doctrinæ. Et de baptismo flaminis fit mentio. 15. q. i. cap. firmissime, & ibi Glo. & de consecrati. d. 4. cap. necessarium, & ibi Glo. & Grego. Nazianzenus, lib. de seculis Epiphanis, & Bernardus epistol. 77. martyrium vocat baptismum. Et Cassiodo. de origine officiorū. cap. 24. ponit hæc tria baptismata. Et Origen. 4. Leuiti. & Augusti. 13. de Ciuita. Dei. c. 7. Baptismus autē flaminis vocatur pœnitentia peccatorū, & quæcunq; conuersio in Deum sufficiens ad infusionē gratiæ, qui nō vocatur sacramētum, quia nō confert gratiam

ex opere operato. Nec martyriū vocatur sacramentum, quia iam essent plura quam septem sacramenta nouæ legis. Nec sunt necessariæ in martyrio, res & verba, materia & forma. Sacramēta autem omnia constant ex illis.

Q V A E R I T V R , vtrūm pueri ⁱⁱ sunt baptizandi ? & videtur q̄ non, quia nemo debet baptizari, nisi voluntarie, sed in pueris nō est voluntarium, ergo, Respondeo, nullo modo est dubitandum, quod pueri si non baptizantur, damnantur: si autem baptizantur, saluantur. Hoc expressè determinatur in capit. maiores, de baptismo, & Ioan. 3. dicitur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Et Augusti. contra Julian. & de baptismo parvulorum. c. 13. & 30. & de fide ad Petrum. c. 6. & in multis alijs locis determinat, quod pueri sine baptismo damnantur, & cum illo iustificantur. Pueri enim habent originale peccatum, secundum illud Roma. 5. Omnes in Adam peccauerunt: sed in noua lege nō est aliud remedium contra originale, nisi baptismus: ergo.

QVÆRIT VR, vtrum amētes, &
Amē- furiosi sint baptizandi? Respon. quod si ali
ses et fu- quis sit perpetuò amens, quia sic natus est,
riosi, an & nunquam habuit usum rationis, talis est
sint ba- baptizandus, quia idem est iudicium ac de
pziZan- puer. Secundò dico, quod si amēs habuit
di. aliquando usum rationis, & tunc cum erat
 sui cōpos voluit baptizari, licet postea inci
 derit in amentiam, est baptizandus sine du
 bio. Verū est, quod si quando habuit usum
 rationis, & voluit baptizari, constet cum
 esse in aliquo peccato mortali, à quo nole
 bat abstinere, male faceret qui eum bapti
 zaret. Si autem talis de facto baptizetur,
 vtrum consequatur gratiam? Doctores cō
 corditer dicunt, quod nihil sibi proficeret
 baptismus. Nec ego oppositum auderem
 determinatè dicere. Probabile tamen exi
 stimo, cum baptismus sit in remedium pec
 catorum, quod habet efficaciam erga attri
 tum qui est in mortali. Et potest etiam ba
 ptizari cum sit in originali talis furiosus:
 quod si baptizetur in casu dicto, saluabi
 tur, ne ponamus aliquem īh via extra sta
 tum salutis. Hoc credo multum probabi
 le.

Ie. Tertiò dico, quòd si talis cùm habuit usum rationis, noluit baptizari, posteà lapsus in amétiam non potest baptizari, quia voluntas præterita reputatur præsens, & si baptizetur nihil ei valet baptismus, ut videtur. Quartò dico, q̄ si sit taliter amens de quo creditur, quòd redibit in pristinā sanitatem, etiam si ante amentiam voluerit baptizari, non est baptizandus, sed propter reuerentiam sacramenti expectanda est eius conualeſcentia: dummodo non sit periculum de morte eius.

QVAE RIT VR, an pueri infideliū 23
 sint inuitis parentibus baptizandi? Est quæ An pue
 ſtio grauis, & tractatur à. S. Tho. 3. p. q. 68. ri infide
 ar. 10. 4. diſt. 4. Capre. & multi Thomistæ liū ſint
 tenent partem negatiuam, ſcilicet, q̄ nullo baptizā
 modo licet baptizare filios infideliū quo- di inui-
 rum cumq; ſiue illi ſint pagani, ſiue Iudæi, tis parē
 ſiue liberi, ſiue ferui, inuitis parētibus. Sco.
 4. d. 4. q. 9. tenet cōtrarium, ſcilicet, q̄ ſunt
 baptizandi. Durand. autē lib. & d. ead. que
 ſtio. 6. & Cajeta. 2. 2. q. 10. art. 12. tenent viā
 medium. Dicit enim hæc opinio, eſſe di-
 ſtinguēdum de infidelibus, quidam enim

sunt sui iuris, & non serui christianorum,
& talium filij non sunt baptizandi inuitis
parētibus. Alij infideles sunt serui christia-
norū, quales sunt, qui iure belli sunt serui,
& etiam Iudæi secundū istos, & filij eorū,
qui occiderūt regem nostrū: & horum fi-
lij possunt & debent inuitis parentibus ba-
ptizari. Hanc opinionem putat Caiet. esse
Sanct. Tho. Pro huius quæstionis solutio-
ne, notādum quòd per parētes in proposi-
to nō intelligimus solos genitores, sed etiā
eos in quorum custodia, & cura sunt filij.
Vnde si puer infidelis iusto titulo, vel etiā
iniusto (vt bene dicit Capre.) venerit ad
terras christianorum, cùm iam non possit
esse sub cura genitorū, sed sub cura domi-
norū christianorū, effet baptizādus. Nam
si tales non liceret baptizare, cùm proprij
parentes nō possint eorum curam gerere,
effent pueri extra statū salutis. S. Tho. igi-
tur determinatē, & absolute respon. quod
tales nō sunt baptizāndi inuitis parētibus,
& ita tenēdum est. Et ecclesia tales pueros
in terris paganorū sub cura parentum de-
gentes nunquā cōsuevit baptizare. Quan-
uis

uis eorum parētes male vtantur dominio quod in ipsos habent. Nos tamen non sumus eorum iudices, dicēte Paulo, de his qui foris sunt nihil ad nos. Sicut ego non possum cogere christianū ad audiendam mis̄am die dominica, licet habeat pr̄ceptum audiendi eam: quia ego non sum executor huius legis. Et cap. Iudæi. 28. q. 1. & cap. ex literis, de cōuersione infidelium habetur, quod si alter infideliū fiat christianus, baptizentur eius filij pueri: ergo si nullus parentum cōuertatur, non debet baptizari.

De ministro.

VAERIT VR, vtrum mali ministri conferant verū baptismum, & alia sacramenta? Respondeatur secūdum omnes doctores, quod sic, & est determinatio ecclesiæ in cap. Roma. de cōfecra. d. 4. vbi dicitur Romanus Pontifex non attendit hominē, qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiā baptismi, licet paganus sit, qui baptizat. & i. q. 1. cap. si iustus fuerit. Non est de hoc dubiū apud fideles,

24
mali
ministri
an cōfē-
rant ve
ra sacra
menta.

fideles, & oppositum dicere est error Vui
clefista. Sed de hæreticis ministris fuit o-
lim altercatum inter doctores, an confer-
rent vera sacramēta? Vnde Cyprianus cū
episcopis prouinciæ Africæ, & aliarum
duarum, Carthaginem conuenerunt, vbi
Cyprianus determinauit, quòd ab hæreti-
cis baptizati essent rebaptizandi, & perse-
uerauit in ea opinione, vt patet, cap. si quis
inquit. i. q. i. & cap. quomodo exaudiet, de
conse. d. 4. Augu. autem lib. vno de baptis-
mo, dicit quòd si quid erroris ibi Cypria-
nus tenuit, falce passionis est remotum. Et
de baptismo contra donatistas, lib. 6. & 5. c.
23. & in multis alijs locis, dicit q̄ concilium
yniuersale totius ecclesiæ, post illud Car-
thaginense celebratum, determinauit quòd
hæretici conferebant vera sacramenta, &
ita ecclesia tenet: & in cap. ad abolendam
de hæreticis dicitur, quòd qui aliter de sa-
cramentis ecclesiæ sentit, & docet quam
ecclesiæ Romana, hæreticus est. Et si Am-
bro. lib. de initiandis rudibus, & habetur. i.
q. i. c. non fanat, dicat q̄ baptismus perfidi
non mundat, sed polluit; loquitur de ba-
ptismo

ptismo Arrianorum, qui ponebant aliam formam scilicet, in nomine filij serui.

Q V A E R I T V R , vtrum minister existens in peccato mortali peccet mortali liter administrans sacramētū? Respond. S. Tho.3.p.q.64.arti.6.quòd sic, quia est notabilis irreuerentia diuinorum contra præceptum iuris naturalis. Admonet tamen Caieta. hoc esse sanè intelligendum. Nam ad hoc quod talis actio sit mortalís requiriatur tria. 1. quod sit minister, ita quod faciat actum religionis. Ex quo patet contra Adriannum, quod qui eleuaret hostiam iacētem in luto, non peccaret, esto esset in mortali, quia illa actio non est ministri in quantum minister est. 2. requiritur ad hoc quod sit mortalís, quod actio illa sit sacramentalis. 1. quòd procedat à sacramento. Vnde diaconus in mortali legens euāgeliū peccat mortaliter, quia illa actio procedit à sacramento ordinis, & terminatur ad eucharistiam. 3. irreuerentia ista est mortalís ex genere. Et cùm secrete, & sine solennitate in necessitate baptizat in mortali, peccat venialiter tantū, quia facit id in persona alterius, & non ut sacerdos.

Quæ-

26

QV AER I T V R , an liceat recipere sacramenta à malis ministris, scilicet à ^{sacerd} _{menta à} cubinarijs, &c. Sanct. Tho. 3. par. quæstio. 64. arti. 6. in solutionibus argumentorum, & 4. distin^ct. 5. q. 2. tractat hanc materiam. Respondeo q̄ duplex potest esse minister malus, vnuſ qui toleratur ab ecclesia, quo- cūm. niam scilicet nō est excommunicatus, nec præcitus, & à tali licitum est recipere sacra menta. Non tamen (vt bene notat Caieta nus) licet eum inducere ad conferendum sacramétum, nisi in duobus casibus. Primò quando ipse tenetur conferre sacramentū illud, puta quia est curatus, & dominica die possum eū inducere ad celebrandam, licet sit in mortali: quia ego tñ iure meo, & exigo quod ipse potest benefacere, & si male agit, ipse viderit. Secundò in articulo necessitatis, quando in periculo mortis egeo baptismo, possum inducere tunc ministrum quantumuis pessimum ad conferendum mihi sacramentum. Alter potest esse minister malus, qui sit excommunicatus, & præcitus ab ecclesia, & à tali non licet recipere baptismum, ac proinde nec aliud

aliud quoduis sacramētū. Has duas propositiones ponit sanctus Tho. Caieta. Duran. Palud. Adria. & Scot. qui addit quod si sim in extrema necessitate, & egeo baptismo, & sunt duo qui possunt me baptizare, scilicet laicus bonus, & sacerdos iniquus, potius debeo inducere sacerdotē ad me baptizandum, quam secularem: & bene dicit, nam laicus non est minister sacramenti baptismi, nisi in defectu sacerdotis. Tempore verò necessitatis licitū est etiam suscipere sacramētū baptismi ab excommunicato, & preciso, ut bene dicit sanctus Tho. & Scot. nam talis minister solo iure positivo impeditur ab administratione sacramentorū, sed in casu necessitatis est preceptum de iure diuino, ut iste baptizetur, & quod ille eū baptizet, ergo. Et ita determinatur in. c. si quem forte, & c. subdiaconus. 24. q. 1. Et August. allegatur ab Adriano in libro de vno baptismo de quodam qui in extremis ab heretico est baptizatus. Super quo Augustinus ait, nō solū quod fecit nō improbamus, sed etiā securissime, & verissimē laudamus. Possunt ergo, & tentur

nentur in articulo necessitatis ab hereticiis, excōmunicatis, præcifisque suscipere sacramentum baptismi, ut dictum est.

²⁷ HOC autem quod diximus non esse licitum recipere sacramenta ab excōmuni catis, intelligitur de solis illis qui nominatim sunt excōmunicati, vel ob notoriā per cussionem clerici. Sic enim determinatū est in cōcilio Constantiensi, & in concilio Basiliensi. Cum alijs verò excōmunicatis idem iudicium est, sicut de ministris peccatoribus: non enim tenemur eos vitare, etiā in participatione sacramentorum, nisi sicut malos ministros, nō inducendo eos sine necessitate ad sacramenta conferenda.

²⁸ QVAE RITVR, an ad baptizandū puerū expectāda sit eius nativitas ex utero? Respon. secundū omnes doct. q̄ sic. & habetur de consecr. d. 4. c. qui in maternis. Verū est q̄ si manu obstetricis posset realiter mitti aqua & verba dicātur, q̄ effet verus baptismus. Si autē periclitetur puer nascens, & appareat caput, baptizeretur, & erit verus baptismus: vt ait S. Tho. 3. p. q. 68. art. ii. 4. ubi ait, q̄ si effet omnino natus sufficeret

ceret mittere aquam in caput, ergo, &c. Si autem alia pars appareat scilicet pes, vel manus, dicit S. Tho. Duran. Palu. & est communis opinio, quod licet non sit certum an esset verus baptismus, baptizandus tamen est, & postea si nascatur, debet sub conditione iterum baptizari. Palu. contendit probare quod certissime erit baptizatus, licet non intingatur aqua nisi pes, vel manus. Sed tamen non est ita certum, ut ipse putat. Panormi. & Innocentius in cap. debitum de baptismō, videntur sentire, quod quilibet pars sufficiat ad baptismum & verè est in hoc magna apparentia.

Q V A E R I T V R, quid faciendū est
de prægnāte damnata ad mortem? Respō.
quod est expeſtandus partus. Patet in lege ^{Mulier}
negat. ff. de statu hominum, & in lege præ ^{prægnās}
gnantis. ff. de pœnis, & aliud facere effet ^{cōdem-}
grande sacrilegium. Sed quid si illa ægro-
ret ad mortē, an sit aperienda ut fœtus ba- ^{vel pro-}
ptizetur? Respōdeo quod temporibus nostris ^{pmqua,}
quidam medicus cōſuluit, ut fieret ſcissio, ^{an fit a-}
ſed pessimē proculdubio: nā nullo modo ^{ut par-}
licet, non enim ſunt facienda mala ut ve- ^{tus ba-}
niant ^{pizeū.}

riant bona, & non potest omnino esse certa mors matris, & dato quod esset certa, aperi re eam viuētem esset occidere eam, quod est immane sacrilegium. Postea verò cum mater moriatur, aperienda est, & puer si viuus reperiatur baptizandus, ut in lege posthumus. ff. de in offic. testament. Solinus dicit de Iulio Cæsare, quod sic fuerit ab utero matris extractus, & idē dicit Paulus. Sed hoc non est verum de Iulio Cæsare, sed de alijs Cæsaribus.

30

*Pueri
an sint
statim
baptizā
di.*

Q V A E R I T V R, quo tempore sint pueri baptizandi? Respondeo secundum sanctum Tho. quod statim. Quia ratione baptismi, Deus & angeli habet maiorem curam illorum: non dico statim. i.eadem die. Est enim magna abusio in nostris temporibus, quod semper antequā puer ducatur ad ecclesiam est baptizatus: si timeretur eius mors, & esset periculum, bene quidem: sin autem, melius est ut in ecclesia baptizetur. Si autem adulti sint baptizandi, non debet diu differre baptismum propter pericula interim imminentia: debent tamen prius instrui in fide. Tempore etiam interdicti licitum

licitum est baptizare, vt patet in cap. quoniam de sententia excōmunicatio.lib.6.

Q V A E R I T V R , vtrū ad baptismū requiratur intētio baptizantis? Respōdeo secundum S.Tho.3.p.q.64.arti.8.& secundum omnes doctores, q̄ sic, nam quando ad vnū concurrunt multa, oportet q̄ sit ali quid per quod ex illis multis fiat vnum. In baptismō autē concurrunt multa, scilicet materia & forma, baptizās, & baptizatus, &c. Ergo oportet cū sacramētum sit vnū, quōd per aliquid fiat vnum: sed non videtur quōmodo aliter fiat vnum, nisi per hoc q̄ applicātur isti per intentionem: ergo intentione requiritur. Item, oportet quōd baptismus sit actio humana, nam si infanus baptizaret nō esset baptismus: sed nō potest esse actio humana sine intentione, ergo requiritur intentione faciendi quod ecclesia intendit. Requiritur intētio baptizādi, nec quādo baptizat requiritur actualis intētio, sufficit enim virtualis. i. quōd prius voluerit baptizare: licet tunc quādo baptizat cogitat de impertinentibus. Furiosus verò baptizare non potest, quia nō habet intentionē

D quæ

quæ requiritur, ut dictū est. Si autem sacerdos putet se baptizare Petrum, & baptizat Martinū, quia iam intēdit baptizare, verē baptizat, licet erret in persona. Imò quāuis erret in sexu, putās se baptizare Franciscū, & baptizat Ioannem contra Ostiens.

³¹ QVAE RITVR, an baptismus pos-
Baptis- sit iterari? Respōdeo secundum omnes do-
mus an ctores q̄ non. Sanct. Tho. 3. parte. quæstio
possit ite ne. 66. arti. 9. tractat de hoc. Et patet, quia
rari. Ephesios sexto dicitur, Vna fides, vnū ba-
ptisma. Et Hebræos sexto, Impossibile est
enim eos qui semel sunt illuminati, &c. &
prolapsi sunt, rursus reuocari ad pœnitentia.
Quidam hæretici hunc locum intel-
ligebāt de pœnitētia. Contra quos Augu-
lib. de vera & falsa pœnitentia. cap. 3. osten-
dit prædictū locum necessariō esse intelli-
gendum de baptismo. Similiter Damas. 1. 4.
c. 1. Nam si de pœnitētia intelligeretur, es-
set cōtra illud euangelij Matthæi. 18. nō di-
co septies, sed septuāgies septies. Et est de-
terminatio ecclesiæ, de cōsecra. d. 4. cap. re-
baptizare, & sunt verba Augustini ad Ma-
ximianū, Rebaptizare hæreticum hominē
omnino

omnino peccatum est, rebaptizare autem catholicū, immanissimum scelus est. Habetur etiā. i. q. i. c. quod quidam. Est autem secundum S. Tho. multiplex huius ratio. Baptismus enim est quædam nativitas, & regeneratione: sed homo in vita corporali non potest semel iam natus, denuo nasci: ergo nec in vita spirituali. Item in baptismo commorimur Christo, ut dicitur Roma. 6. Sed Christus tantum semel mortuus est: ergo. Item baptismus imprimit characterē inde lebilem, ergo. Item quia datus est in remedium cōtra originale peccatū, sed hoc peccatum semel dimissum nō potest redire, ergo nec baptismus potest iterari: q̄ si reiteratur, nihil omnino valet secundus baptismus. Qui autem. 2. baptizat manet irregularis, ut patet in cap. ex literarū, de apost. Et est notandum quod baptismus nō debet iterari, nec absolute, nec sub conditione, si constat q̄ antea sit baptizatus: etenim qui baptizaret sub cōditione eum qui iam est baptizatus, irregularitatem incurrit, ut patet ex verbis Augusti. quæ Magist. senten. adducit. 4. d. 6. dubitans, an qui ludicrè ba-

ptizaret, conferret verum baptismum? Ait Augustinus implorādum esse diuinum auxilium gemitibus, & orationibus. Si tātum anxiabatur Augustinus, quomodo licet re baptizare etiā sub conditione? Est pessima abusio in partibus nostris rebaptizare sub cōditione, sed debet parochus diligenter quærere, an puer sit baptizatus: & si cōpererit q̄ sic, nullo modo debet eum rebaptizare: si cōstet oppositum debet eum baptizare. Si autē sit verē dubium, determinat ecclesia cap. 2. de baptismo, q̄ baptizetur sub conditione. Me præsente adductus est quidam puer ad baptismum, & quibusdā dicentibus eum iam esse baptizatum, alijs verò hoc ipsum negantibus, admonui clericum, ut quæreret priūs veritatem, qui dixit mihi, O pater non curetis, expectetis modicū, & videbitis, quid ego facio. Hæc dicens arripuit puerum, & ait, Alphonse, si tu es baptizatus, ego non te rebaptizo: si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Hæc est magna abusio, nec toleranda.

ro secretè, debeant repeti solēnes illæ cære ^{Baptizat}
 remoniæ, & benedictiones ecclesiæ? Re- ^{tus secre}
 spondeo quod sic, vt ait Palude, & est cō- ^{to, debet}
 munis sententia. Sed quid si credens cura- ^{publice}
 tus iam puerum esse baptizatum, dixit so- ^{benedic-}
 lenniter omnia illa, quæ cōcomitantur ba- ^{ci.}
 ptismum sine immersione tamen: an post-
 ea sciens illum non fuisse baptizatum, de-
 beat baptizare sine solennitatibus prædi-
 ctis? Respond. quòd non, sed debet de no-
 uo solenniter baptizare, quia solennitates
 non sunt de essentia baptiūmi. De ritu ba-
 ptismi, an sit conueniens? consule sanctum
 Tho.3.p. quæstio.66.arti.10. & de catechismo,
 exorcismóque.3.par. quæstio.71.

Q V A E R I T V R , an in catechismo ^{33.}
 puerorum, quādo respondent pro eis, ab- ^{An ab-}
 renuncio, sit ibi noua obligatio pueri, ap- ^{renūtie}
 sic maneat puer obligatus, sicut si fecisset ^{110 bapti-}
 votum? Respond. qd Durandus videtur di- ^{zati sit}
 cere quòd sic. Palud. tamen bene dicit, qd ^{votum.}
 ibi nulla est obligatio, etiamsi qui baptiza-
 tur, sit adultus. Non enim intendit ecclesia
 obligare eos de nouo, sed vt acceptent ea
 ad quæ tenētur christiani. Notandum etiā
 D 3 quòd

quòd in catechismo contrahitūr quædam cognatio spiritualis inter suscepторem, & susceptum: inter patrīnum verò filiósque eius, & baptizatum cōtrahitūr affinitas ipi ritualis. Si autem non baptizetur, sed fiant solennitates tantum, contrahitūr etiā affinitas, sed imperfecta: nam prima dirimit matrimonium, non tamen ut habetur de cognitione spirituali cap. 5.

34 An in sacramento baptisimi, oporteat si *Mate-* mul concurrere materiam & formam ba-
ria & ptisimi? Respond. secundum omnes q̄ sic.
forma Patet ex Augustino, & habetur cap. detra-
baptis- he. i. q. i. accedit verbum ad elementum, &
mi de- & fit sacramentum. Ista autem simultas se-
bent si- cundum Scotum intelligitur modo huma-
mul con currere. no: quia euangelistæ loquuntur homini-
currende bus, ac proinde satis est, quòd materia &
formæ sunt simul, eo modo quo aliqua di-
ciuntur esse simul apud homines. Non cre-
do tamē quòd requiratur quòd antequam
immersio aquæ finiatur, incipiatur verba:
sed sufficit quòd postquam dixit, Ego te
baptizo in nomine patris, & filij, & spiri-
tus sancti, mittatur aqua. Nec de hoc dubi-
to, iam

to, iam enim ille est baptizatus in nomine patris, & filij, &c. sicuti in euangelio præceptum est. Et hæc de baptismo.

SEQVITVR DE SACRA- mento Confirmationis.

 De sacramento Confirmationis tra-
ctat Magister senten.4. d.7. & Sanctus
Tho.3.p.q.72.&c.

V A E R I T V R ante omnia , an 25
cōfirmatio sit jà Christo instituta? Confir-
matio è
à Chri-
sto insti-
tuta.
Ad hoc dicunt quidam, quòd con-
firmatio nō fuit instituta à Christo, nec ab
apostolis, sed ab ecclesia. Hoc tenet Alexā-
der de Ales.4.par.q.25.membro.1.& S.Bo-
nauétura.4.d.7. & Alexander ait quòd cō-
firmatio fuit instituta in concilio Melden-
si. Oppositum tenet omnis schola theolo-
gorum. Opinio tamen Alexandri non est
hæretica , quia non negat cōfirmationem
esse sacramētum, sed dicit q̄ Christus ha-
bens potestatem cōdendi sacramēta, com-
municauit illam ecclesiæ. Sed nos dicimus
confir-

DE CONFIRMATIONE,

cōfirmationem institutam esse à Christo,
nam apostoli cōfirmabant, vt patet Actuū
8. & 19. Et confirmati recipiebāt spiritum
sanctum, etiā visibiliter: & non legimus q̄
ip̄i apostoli hoc instituerunt, ergo. Et q̄
fuerit ante concilium Meldenē, patet, de
consecratione d. 5. vbi Melchiades, Vrba-
nus, & Fabianus, antiquissimi pontifices
loquuntur de confirmatione, sicut de re in
ecclesia consaeta. Et S. Cle. qui Petro suc-
cessit in epist. 3. ad vniuersos, & Cypri-
anus in concilio Carthaginē. & Hierony. ad
verius Luciferian. Cum autem sacramen-
ta sint instrumenta nostrae redēptionis,
quam Christus operatus est vsq; ad resur-
rectionem, oportet dicere omnia sacramē-
ta instituta fuisse ante resurrectionē Chri-
sti. Instituit ergo Christus hoc sacra-
mentum, Ioan. 16. quādo promisit apostolis spi-
ritum sanctum quo confirmarentur virtu-
te ex alto. Illa enim missio spiritus sancti
in Pentecoste, vel fuit sacramentum con-
firmationis, vel habuit locum eius.

36
*Mater-
ia cōfir-
mationis
et chris-
tiani*

Q V A E R I T V R, quę sit materia hu-
mānis ius sacramenti? necessario enim est danda
in eo

ineo aliqua materia, ut patet ex ritu ecclesie,
& autoritatibus sanctorum, & quia omnia a
lia sacramenta constant ex materia & forma:
ergo etiam hoc. Et oppositum dicere esset tem-
perarium, nam in forma huius sacramenti si-
gnatur materia, dicitur enim, Consigno te
tigno crucis, & confirmo te chrismate salu-
tis. Relpon. Quod materia huius sacramenti est
chrisma. Hoc vocabulum est Graecum, &
acepit ecclesia illud ex Dionysio. c. 4. de
ecclesiastica hierarchia, & significat vnu-
guentum copositum ex oleo & balsamo, ut
patet in c. vno de sacra unctione. Balsamum
autem necessarium est in materia confirmationis
necessitate precepti, ut patet ex cap.
vno, & cap. nouissime, de consecra. d. 5. &
cap. i. de sacramentis non iterandis, & ex ritu
ecclesiæ. Non est autem necessarium necessi-
tate sacramenti: nam balsamum est in Iola
Syria terra paganorum, & difficulter potest ^{mū non}
inueniri, & non videtur quod materiam tam ar-
duam voluerit Deus esse materiam sacra-
menti: non est ergo necessarium de essentia
sacramenti, sicut nec aqua in conseratione
sanguinis. Hoc tenet Caieta. 3. p. q. 72. art. 2. nro.
hoc

hoc etiam probatur ex cap. i. pastoralis de sacramentis nō iterādis, vbi habetur quòd quidam per errorem fuit cōfirmatus oleo benedicto sine balsamō, & quæsitum est, an esset iterandum sacramētum: & responsum est, nihil esse iterādum, sed cautē supplēdum quod incautē fuerat omissum. Si illud fuit sacramentum, ergo chrisma non est de necessitate sacramenti: si autem non debuit iterari, ergo certē fuit sacramentū, licet postea propter præceptum chrismate vngeretur. Credo ergo probabilissimē, q̄ chrisma nō est de essentia sacramēti cōfirmationis: alias enim raro esset sacramentum, nam etiā puto negotiatorē decipere nos, vēdentes nō balsamum pro balsamo.

32

Q V A E R I T V R, an sit necessarium quòd chrisma sit cōsecratum? Respond. q̄ *maicō-* sic. Ita tenet Scotus, Durand. Palū. Marti. *firmatio* Siluest. Florenti. & omnes, & videtur idē *ne debet* sentire sanctus Tho. 3.p.q.72.art.3. vnde si *esse cōse-* chrismate nō cōsecrato per errorem quis *eratum.* confirmaretur, non esset cōfirmatus, nam Christus hoc instituit: quod patet ex ritu ecclesiæ, & autoritate antiquorum docto-
rum.

rū. Cypria. in opusculo de vunctione christi-
matis, & Dionysius, cap. 4. de ecclesiasti.
hierarch. Ratio huius aſsignatur à S. Tho.
Ricar. Alexan. & Bonauen. Quia cum fa-
cramentum ſanctificet actione, oportet ut
in ſe ſit ſanctum, & propterea congruum
fuit, ut ipſa materia habeat in ſe ſanctifica-
tionem. Sed eſt diſſerentia inter materias
ſacramentorum, nam aliquas ſanctificauit
Christus immeđiate, ut ſunt materiæ illo-
rum ſacramentorum quibus Christus eſt
uſus, ſcilicet, baptiſti, & eucharistiæ. Alio
rum verò ſacramētorum quibus Christus
non eſt uſus, materias non ſanctificauit, ut
materiam confirmationis, &c. Et ideo ne-
ceſſe eſt, quod tales materiæ conſecrētur.
Et licet Christus receperit vunctionem à
Magdalena, & in ſepulchro, illud fuit mo-
do humano, non ſacramentali vel ſpiritua-
li, vel ad aliquem effectum ſpiritualem: ſi-
cūt ſanctificauit aquas in baptiſmo, non ta-
men quando bibebat, nec panem quando
comedebat.

Sed utrum debeat ab episcopo chriftma
coſecrari? Videtur quod ſic, ut patet in prædi-

cto n.

38
Chrif-
ma deo-
bet ab
episcopo
coſecrati-

DE CONFIRMATIONE.

Et o ca. uno de sacra vunctione, & consecratur in die cœnæ, & quolibet anno renouatur. Vtrum autem papa possit communica re consecrationem simplici sacerdoti? credo probabiliter, quod sic, & tunc non esset de essentia sacramenti quod confirmation fieret cum chrismate ab episcopo consecrato, ut notum est.

39 QVAERITVR, quæ sit forma sacramenti confirmationis? Respond. qd hæc, sacramenti confirmationis. Consigno te signo crucis, & confirmo te christmate salutis. Hoc tenent omnes doctor. nullo excepto. Et ita habet ritus ecclesiæ, & autoritates sanctorum. Et si apostoli non vtebantur hac forma, ut patet Actuum 8. hoc ideo fuit secundū. S. Tho. & omnes, quia oleum ponitur in confirmatione pro signo visibili: sed tunc miraculose fiebant signa visibilia, & ideo non vngebant confirmatos. Item propter irrisiones infidelium vitandas, esset enim ridiculum apud infideles, si vngerentur confirmati, & ideo solum confirmabant per manum impositionem. Cessantibus autem illis signis visibilibus miraculosè factis, vsi sunt materia &

& forma prædictis.

I M P R I M I T autem cōfirmatio cha-⁴⁰
racterem, ut patet ex concilio Florentino,
& ideo nō est iterabilis. Qui autem bis cō-^{in cōfir-}
firmaret eundem, peccaret quidem, sed ta-^{matione}
men non esset irregularis: quiquid dicant ^{in primis}
canonistæ. Quia nullus textus in iure po-
nit hanc pœnam. Et patet ex cap. dicto de
conse. d. s. vbi fit mentio de iteratione con-
firmationis, & non ponitur pœna irregu-
laritatis, licet prohibeatur iteratio. Sed
quare posita est pœna irregularitatis iterā-
tibus baptismum, & nō iterantibus confir-
mationē? Respon. quia antiquitus fuit con-
tētio & hæresis de iteratione baptismi, nō
autem de confirmationis repetitione. Et
ideo hoc secūdum noluit ecclesia itā stri-
ctè prohibere, & punire, sicut primum.

Q V A E R I T V R, vtrū quis possit cō-⁴¹
firmari antequām sit baptizatus? Respon. *Confir-*
q nō, & si fiat nihil factum est: vt habetur *marie*
in. c. si quis de presbytero non baptizato,
vbi præcipitur, q de nouo baptizetur, &
iterum ordinetur. Et eadem est ratio de cō-
firmato, & non baptizato. Et c. veniens de
presby-

presbytero nō baptizato, dicitur q̄ baptis-
mus est fundamentū omniū sacramētorū.
Si autē quis ordinaretur ante confirmatio-
nē, male faceret, sed tamen factū teneret.

42 Q V A E R I T V R , an cōfirmatio cō-
In cōfir- ferat gratiam? Respond. q̄ sic. Quia est sa-
matione *cōfertur* *gratia.* cramētum. Imō confert maiorem gratiam
quām baptismus. Quia iam in cōfirmatio-
ne sit miles, & roboratur ad defendendam
fidem quam in baptismo recepir. Et ita di-
cit Palude & omnes. Et de consecratio di-
stinctione. 5. cap. de his, dicitur quod cōfir-
matio est dignius sacramētum quā baptis-
mus, & maiori veneratione dignum.

43 Q V A E R I T V R , an omnes debeat
An nos *cōfirma-* confirmari? Respon. secundū doct. omnes
teneant q̄ sic. Et patet de consec. d. 5. c. omnes fide-
ss. *les, &c. vt ieconi, vbi diciur, nunquam erit*
christianus nisi cōrmatione episcopali fue-
rit chrismatus. Sed vtrū sit de necessitate
salutis hoc sacramētum? Respon. q̄ stando
in iure diuino nō est præceptum, nec inue-
nitur in euāgelio locus obligatorius, sicut
inuenitur de batismo, pœnitētia, & eucha-
ristia. Verum est q̄ cōtemptus eius est pec-
catum

catum mortale: contemnere verò qui nollet illud recipere, quia non vult obedire, & putat nullius meriti esse. Hoc esset mortale secundum omnes, & S. Tho. 3. p. q. 72. art. 8. dimittere autem illud ex negligentia non esset mortale cōtra ius diuinum, qualisunque negligētia sit, etiam crassa. Stando autē in iure humano, Adria. & S. Tho. tenēt quòd non est præceptum, & ego ita credo, licet oppositum teneant pene omnes. Scotus, Palu. Maio. &c.

Q V A E R I T V R, qua ætate dādum 44
est hoc sacramentū? Respon. q̄ Marsilius,
& quidam alij dicunt, quòd expectāda est Qua æ-
ætas. 12. annorum, sed credo ex. S. Tho. nō tate con-
esse necessarium expectare usum rationis. firmatio
est susci-
pienda. Idem ait Gabriel & Antoninus, & Siluest.
Verum est q̄ beatus Antoninus dicit bonum esse expectare septēnum pueri, propter periculum recōfirmationis, ut scilicet cōfirmatus meminerit se esse confirmatū.

Q V A E R I T V R, an solus episcopus 45
possit hoc sacramētum conferre? Quærerit An so-
hoc. S. Tho. 3. p. q. 72. art. 11. Respon. quòd lus eps
licet de hoc sint variæ opiniones, dicēdū pos̄it cō-
fimare. tamen

tamen est cum. S.Tho. Alexan.& Palu.4.
 dist.7.q.4.& Marsi.4.q.5. quòd propria au-
 toritate non potest simplex sacerdos con-
 firmare, & si tentet, nihil faciet. Nihilomi-
 nus ex cōmissione papæ quilibet sacerdos
 posset cōfirmare. Hoc patet autoritate ec-
 clesiæ ex facto Gregorij, vt habetur. 95.d.
 cap. peruenit (ait Gregorius) ad nos quos
 dam scādalizatos fuisse, q̄ presbyteros pro-
 hibuiimus confirmare. Et pōst dicit ad Ia-
 noarium. Et si de hac re aliqui contristantur,
 vbi episcopi desint, concedimus quòd
 presbyteri signent in frōte baptizatum. Et
 in concilio Florenti. sub Euge.4. in extra-
 uagan. de vnione Armenio. instruēdo Ar-
 menos, numerantur septem sacramenta,
 & secundum est confirmatio, cuius ordi-
 narius minister est episcopus. Nihilomi-

46 nus ex dispensatione sedis apostolicæ, &
De ritu rationabili causa simplex sacerdos potest
cōfirma hoc sacramentum ministrare.

suscepto CIRCA ritum huius sacramenti no-
re cōfir- tandem, q̄ susceptores cōfirmandi, seu pa-
mati pa trini debent esse confirmati: vt patet de cō
trino. sec.d.4.c.in baptismate. Et si patrinus non
 cōfirmatus

confirmatus teneat, nō oritur inde cognatio spiritualis: quæ alias oriaretur: quia non est verus susceptor. Quilibet autem cōfirmatus potest esse patrinus, nisi vir vxoris, & vxor viri. Si vir tamen teneat vxorem, inde oritur affinitas: & si scienter fecerit, nō potest petere debitum, tenetur tamen reddere. Et cōtrahitur in hoc sacramento tanta affinitas, quanta in baptismo. Et non possunt esse susceptores plures sed unus, & deber esse alius quam in baptismo. Quod autem fiat signatio in fronte, non videtur esse de essentia huius sacramenti. Quia in euangelio non legimus, nisi q̄ imponebat manus super illos. Quod autē fiat per modum crucis, patet esse necessarium, quia in forma dicitur, consigno te signo crucis. Oleum etiam necessarium est, & ritus ecclesiæ tenet q̄ cōfirmatus nō lauet oleum per 7. dies: sed hoc non est de essentia. Et hæc de sacramento confirmationis.

SEQVITVR SACRAMEN-
tum Eucharistiæ.

E De

* De sacramento Eucharistiae tract. Magist. senten. in 4. d. 8. & S. Tho. 3. p. q. 73.
Et ante omnia.

47
Euchari-
stia est
sacra-
mentū.



V A E R I T V R , an Eucharistia sit sacramētum? Respon. ab omnibus christianis, quod sic, & maximum omnium sacramētorum. Ita determinatur in multis concilijs. Et ecclesia cantat, tantū ergo sacramentum, &c. Sed quid est illud quod vocamus sacramentum, an sit actio ipsa pura consecratio, vel sumptio Eucharistiae, vel aliquid aliud? Respō. ex. S. Tho. 3. p. q. 73. arti. 1. ad. 3. & 78. arti. 1. ad. 2. quod nec consecratio, nec sumptio Eucharistiae, est sacramētum nec pars sacramenti: sed sacramentum Eucharistiae perfectum est id quod remanet post consecrationem. Sicut enim collatio baptismi nō est sacramentū baptismi, ita nec consecratio Eucharistiae est sacramentum, nec ipsa sumptio, sed species ipsae, & corpus Christi sunt sacramentū: ut patet in cap. multi. 1. q. 1. vbi dicitur. Sunt autem sacramenta, baptisma, chrisma, corpus Christi & sanguis: ecce aperte dictū.

dictum. Et licet sub diuersis speciebus contineatur corpus Christi, est tamē vnicum sacramētum: nō vnitate naturali, cum species sacramētales differant specie: sed vnitate finis, quia omnia quæ in eo sunt ordinantur ad vnum finem, scilicet vel ad continentum Christum, vel ad faciendam vnitatem corporis mystici.

Q V A E R I T V R, vtrum sacramen- 48
tum Eucharistiae sit de necessitate salutis? *Euchari-*
Respon. q̄ est præceptū de eucharistia, vt *sia an-*
patet Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem *fit de ne-*
filij hominis. Secundò dico, q̄ hoc sacra-*cissitate*
mentū non est ita de necessitate salutis, si-
cūt baptismus. Nam nemo potest saluari si
ne baptismo realiter, vel in voto suscepto:
& tamen sine Eucharistia possunt saluari
multi, vt de facto saluantur pueri baptiza-
ti, ac proinde nō est ita de necessitate salu-
tis, sicut baptismus. Eucharistia autē inter-
pretatur bona gratia, vt pater. i. quæst. i. ca.
multi. Ab alijs interpretatur, gratiarum
actio, synaxis, cōmunion, & sacrificium. 49
Figura

H V I V S autem sacramenti potissima
figura, secundum Sanct. Thom. fuit agnus *euchari-*

E 2 pascha-

paschalis. Lutherus tamen irridet figuras huius sacramenti, & officiū S. Tho. de corpore Christi, dicit compositum à summo Christi hoste, eò q̄ adducit ibi figurās, & miratur quare ibi non adduxerit figuram asinæ Balaam: sed dimittamus perniciosissimum hominē. Circa hoc multa bona dicit Gabriel in canone, lec. 55. vbi petés quare in canone fit mentio de sacrificio Abrahamæ, Abel, & Melchise. & nō de agno. Respond. Hoc ideo esse factū: quia in illis tribus sacrificijs allegatur sanctitas sacrificantiū, quæ semper placuit Deo: efsus autem agni pascalis nō semp fuit acceptus Deo.

50

*Mate-
ria Eu-
chart-
filiæ pa-
nis triti
ceus.*

QVÆ RIT VR, quæ fit materia huius sacramenti? Respon. q̄ panis & vinum. Ita determinatum est ab ecclesia, cap. firmiter, de summa Trinit. & fide catholi. Et in cōcilio Carthaginensi. Et habetur de cōsecr. d. 2. ca. in sacramētis, & cap. cū omne, & cap. cum Marthæ, de celebratione misericordiarum. Et patet, nam Christus hac in materia est usus: accepit (ait euangelista) panem, &c. similiter & calicem, & nō bibam amodò de hoc genimine vītis. Ex quo patet q̄ in

in calice continebatur vinum. Panis vero
debet esse triticeus, ita quod in alia materia
non potest confici: ut ait. S. Tho. 3.p.q.74.
arti.3. Idem tenet Alexan. de Ales. 4.p.q.32.
& Durand. 4.d.11. q.4. & Scotus. d.11.q.6.
Vnde omnis panis qui in communī modo
loquēdi vocatur panis, & est ordinatus ad
alimentū hominum, est sufficiens materia
cōsecrationis. Ex quo sequitur, quod panis or-
deaceus nō est materia consecrationis, nec
potest in eo confici hoc sacramētum: quia
nō est panis, nec ordeum est alimentū ho-
minum, sed bestiarū. Panis autem filiginis
(de centeno) quia verè est panis, & ad ali-
mentum hominū ordinatus potest conse-
crari. Idem dicendum de farre, & spelta, si
ex eis cōficeretur verus panis. De farre di-
cit Palu. quod sufficit. De spelta dicit An-
toninus, quod sufficit: sed quia hoc nō est cer-
tum, credo esset temerarium cōsecrare in
alio quam triticeo pane. De mayz apud In-
dos, dubium est, an esset sufficiēs materia,
& ideo nō est consecrādum in eo. In pasta
autem ex tritico (en la massa) non potest
fieri cōsecratio, quia non est panis, sed ex

ea sit panis, & habet alias proprietates quā panis: hic enim nutrit, illa verò interficit. In amidone etiam S. Tho. tenet quod non potest fieri cōsecratio: & ita ego credo, alij tamen dubitant. Et Palu. 4. d. 4. & d. II. q. I. arti. 4. dicit ꝑ potest in eo fieri cōsecratio: sed hoc nullo modo est tenendum.

51 QVAERITVR, an panis consecra-

Pans a zymus materia eucharastiæ. tionis debeat esse azymus, id est sine fermento? Respon. S. Tho. 3. p. q. 74. arti. 4. ꝑ non est de essentia sacramenti, ꝑ panis sit azymus: sed potest cōfici etiam in fermento, quia est verus panis. Conueniēs tamē est quod quilibet cōsecret secūdum ritum suæ ecclesiæ. In ecclesia autē circa hoc nō est unus ritus solus, nam Græci conficiunt in fermento: ut dicit Grego. in regno. Sed cōsuetudo latinorum consecrandi in azymo conuenientior est quam consuetudo Græcorum. Nam Christus celebrait in azymo, ut patet Matth. 26. Prima autē die azymorum accesserūt discipuli ad Iesum dicentes, vbi vis paremus tibi comedere pascha? Et Lucæ. 22. venit autē dies azymo rū in qua necesse erat occidi pascha. Græci verò

cū verò propter detestationem Nazaræo-
rum, qui putabant legalia simul esse obser-
uanda cum euangelio : quia in lege Iudæo-
rum comedebantur panes azymi, ipsi ele-
gerunt non cōsecrare in azymo. Et etiam
ut expressius significaré Christum ex car-
ne & diuinitate factum. Vnde in hoc non
sunt hæretici, nec peccant consecrantes in
fermentato.

Q V A E R I T V R , vtrūm requiratur
certa, & determinata quātitas panis ad cō-
secrendum, vel an possit sacerdos cōsecre-
re tantum panis quātum sibi placuerit ? S.
Tho.3.p.q.74.arti.2.tenet q̄ nulla est quā-
titas panis aut vini tam magna ad cōsecren-
dum, quæ non possit esse materia huius sa-
cramenti: sicut in rebus habentibus mate-
riam, ex parte finis determinatur quātitas
materiæ, ut in domo: & in fabricatione na-
uis, ex parte intentionis determinatur quan-
titas. Ita etiā tenet Sco. Du. Gab. & omnes,
& idem dicendum est de paruitate.

Q V A E R I T V R tamē, an oporteat
materiā esse præsentem? Respon. ab omni-
bus q̄ sic. Patet ex facto Christi: qui conse-
præsente

crauit materiam præsentem, accepit panē in sanctas ac venerabiles manus suas, similiiter & calicē. Item patet quia intentio ministri nō potest distincte dirigi, nisi super rem præsentē, cum omnis nostra cognitio ortū habeat à sensu: sed ad cōsecrādum requiritur intērio ministri, ergo & præsentia materiæ. Item probatur efficaciū ex ritu ecclesiæ quę nunquam materiā absentem, &c. nec vñquam visum est quòd aliquis sacerdos bonus aut malus tentauerit contra riū facere: oportet igitur materiā esse præsentē, & apud sacerdotē. Cum enim sacramētum sit institū propter homines, illa præsentia requiritur in materia sacramenti, quā cōmunicter homines vocāt præsentia: & cùm res quæ est post parietem nō dicitur apud nos præsens, nec etiā quæ est retro nos: videtur q̄ nō possit consecrari.

⁴ Q V A E R I T V R , vtrūm vinū vitis sit materia huius sacramēti? Respon. quod *Vinum* *vitis* *est* sic. *Quia* in *vīno* *vitis* *consecrauit* *Christus*, vt patet Matthæi. 26. non bibam de hoc genimine vitis. Et habetur cap. didicimus, & cap. cum omne, de consecra. d. 2. & in

in alijs multis locis.

VTRVM autem possit consecrari in *In aceto*
aceto? Respon. omnino q̄ non. Et non du**nō po-**
bium de hoc, quia nō est vinum, sed corru**test con-**
ptio vini. Licet Glo. in cap. sicut (el primē
ro) de cōfēratione d. 2. dicat contrarium:
sed misit falcam in messem alienam, & tur-
piter errauit, nisi intelligatur de vino ali-
quantulum corrupto (hoc est, que tiene
vna punta de vinagre) in tali enim conse-
crari potest; quia est vīnū verū. Sed vtrū
posset consecrari in vino contento in race *Musī*
mis, in musto? Respond. q̄ nō debet fieri: *in vīnis*
prohibitū enim est in c. cūm omne de con-*non po-*
secra. d. 2. Secundò dico, quòd nec posset *test con-*
fieri consecratio in tali vino, quia sicut pa-*secrari.*
sta non est panis, sed ex ea fit panis, ita nec
succus ille intra vuas contentus est vinum,
sed ex eo fit vinum, & ideo nō potest esse
materia consecrationis.

QVÆRITVR, vtrū aqua sit mi- *Aqua*
scenda cum vino? Respon. q̄ sic. Et habe-*miscon-*
tur cap. in sacramento de cōfec. di. 2. & ibi-*da cū vī*
dem cap. scriptura, & cap. cum Marthæ de *no in ca*
celebratione missarum, & in multis alijs *lice.*
cap.

cap. Est autem necessaria aqua necessitate
præcepti, non tamen necessitate sacramen-
ti, ut tenent omnes theologi.

56 DVBITAT VR, an in eucharistia
In eu- manet substantia panis, & vini? Ad hoc. S.
chari- Tho.3.p.q.75.arti.2. & omnes doctores di-
fia non cunt quod non, & hoc de fide tenendum
manet est. Et fuit determinatum in concilio Con-
substan stantien. se.8. vbi codenatus fuit Vuicleph,
tia pa- qui oppositum tenebat. Et in concilio La-
nis & teranensi in cap. firmiter de summa Trini-
Vm. tate, & fide catholi. Definit autem per conse-
crationem esse ibi panis materia & forma,
manentibus accidentibus, & incipit ibi esse
corpus Christi loco panis. Non tamen di-
citur panis annihilari, licet nihil ipsius ma-
neat, quia omnis motus accipit nomen à
termino ad quē, sicut vocamus calefactio-
nem quando ex aqua frigida fit calida, quia
illa actio terminatur ad calorem. Cum igi-
tur conuersio ista non habeat pro termino
desitionem panis, sed præsentiam corporis
Christi sub his speciebus, ideo non est dicé-
da annihilatio panis, sed conuersio: licet de-
finat esse materia & forma panis secundum
se &

se & quodlibet sui. Disputatio videtur de nomine, sed hoc modo dicitur conuenientius.

VTRVM omnia accidentia panis & vini maneant in hoc sacramento? S. Tho. ^{In eu-}
^{3.p.q.75.arti.5.} respódet q̄ sic, ea enim accidentia quæ nos in eucharistia videmus, clara mōrum est quòd erant panis. Et hoc cōgruit, ^{charia mō}
^{nēi acci} quia horribile esset comedere carnē Christi in propria specie. Et quia diminueretur ^{vini} meritum fidei: vide rationes. S. Tho. loco allegato. Manent etiam in hoc sacramēto aliquæ proprietates panis & vini, nam homo sine miraculo nutritur eisdem.

VTRVM prædicta conuersio sit instantanea, vel successiva? Respon. secundū omnes q̄ sit in instāti, nam successio in rebus naturalibus, est vel ex defectu materie, ^{Conuer-}
^{est inßtā} vel formæ, vel agentis: sed hīc propter nihil istorum est necessariū quòd fiat successio, ergo sit in instanti. Et verba consecrationis sunt causa huius conuersionis: sed illa finiuntur in instanti, ergo cōuersio sit in instanti, scilicet, in primo instanti non esse verborum. In cōsecratione autem hostiæ ex

ex vi verborum est ibi corpus Christi, & etiā anima rationalis, quę dat formā corporis reitatis: est enim ibi corpus Christi, & etiā caro Christi de qua antea dixerat, nisi manducaueritis carnem filij hominis: sunt & ossa, & sanguis, dicit enim Christus, Hoc est corpus meum, id est humanum, & per consequens caro, & sanguis, & ossa. Nam corpus humanum (ut dicitur. 2. de anima) est corpus physicum organicum potentia vitam habens, cuius actus est anima. Caro autem capitur pro materia, & forma, etiā cum accidētibus. Sanguis vero sub specie panis est, ex naturali concomitantia, non ex vi verborum, sicuti & anima, & diuinitas ipsa.

59

*Christus
est totus
in tota
hostia,
& in
quali-
bet par-
te.*

QVAERITVR, vtrūm Christus sit totus in tota hostia, & totus in qualibet parte hostiæ? S. Tho. ingenuè fatetur nescire modum, quo Christus est in hoc sacramento. Alexan.de Ales. 4.p.q.40. Altisiodoren sis, Ricardus, Bonauentu. Palu. Duran. Ca preo. S. Thomas, & omnes antiqui ponunt hunc modum, & dicunt quod Christus est totus in tota hostia, & totus in qualibet eius

eius parte , & quòd omnes partes Christi sunt simul cum qualibet parte hostiæ : sed non simul inter se , nam corpus Christi in hostia est extésiuè & septem pedum . Nec membra Christi in hostia sunt simul , sed si cut in cælo . Quantitas enim habet duo officia , vnū est separare partem ex parte subiecti , ita quòd caput sit extra pedes , & brachia extra crura . Alterum est extédere partes in situ in ordine ad locum . Quātitas ergo in eucharistia exercet officium primū , non tamen secundum : nam si Christi corpus nō esset in hostia extensum , non esset organizatum , nec cū figura , & viueret ibi violenter . Hunc etiam modum tenet Scotus , Maio . & Marsilius . Ex quo sequitur , q̄ corpus Christi in Eucharistia vere & sine fictione quacunq; potest à nobis imaginari cuiuscunq; figuræ voluerimus . Et sic de pingitur crucifixus , eo modo se habere , sicut si esset vnuſ puer tantillus , sicut est imago crucifixi in hostia , nam vbi sunt oculi imaginis est oculus Christi , & vbi manus imaginis , ibi & manus Christi , quomodo cunq; figurata sit imago . Hæc non est mala

la imaginatio.

60

Q V A E R I T V R , vtrū Christus mo-
Christus ueatur in hoc sacramēto? S. Tho. 3. p. q. 76.
quomo- art. 6. ponit duas propositiones. Prima, cor-
do mo- pus Christi in eucharistia non potest mo-
neat in ueri localiter per se: quia nō potest transfi-
euchars- re ab vna parte hostiæ ad aliam. Secunda,
fia. ad motum hostię corpus Christi mouetur
 localiter de per accidens, sicut motis nobis
 mouentur ea quæ sunt in nobis. Idem di-
 cit Marsilius. 4. q. 7. art. 3. dub. 5. De alijs au-
 té motibus, alterationis, calefactionis, cor-
 ruptionis, & similibus, dicit. S. Tho. & Sco-
 tus. q̄ nō est ibi capax alicuius actionis, aut
 passionis naturalis, saltē respectu alicuius
 extrinseci, respectu cuius habet se corpus
 Christi, sicut si esset substantia spiritualis.
 Et ita cōmuniter tenent omnes: & hoc nō
 est propter impedimētum Christi, sed na-
 turaliter. Et sic in sacramento hoc non est
 mobiliter Christus, nisi solo motu locali.
 Etsi corruptis speciebus desinat ibi esse cor-
 pus Christi, non tamen dicitur corrumpi:
 sicut nec ego desinens esse in hoc loco, di-
 cor corrūpi. Manet igitur Christus tandem
 in

in speciebus quādiū maneret substātia pa-
nis, & vini, si non essent consecratæ.

Q V A E R I T V R, vtrū Christus pos-
sit videri in hostia? Respon. ex. S. Tho. 3. p.
q. 76. art. 7. q̄ naturaliter loquendo nullus
oculus corporeus, prēter oculum Christi,
potest videre Christū in Eucharistia, nec
oculus corporis glorificati. Idem dicit Sco-
tus. 4. d. 10. quæst. 9. & Marsilius. q. 7. arti. 3.
& Durand. dist. 10. q. 4. Secūdō dico quòd
oculus Christi in eucharistia videt se exi-
stentem in eucharistia. Hoc Sanct. Tho. 3.
p. q. 76. arti. 7. ad secūdum. Et quia litera est
ibi mendosa, debet sic legi. Ad. 2. dicēdum
quòd oculus corporalis Christi videt se in
sacramēto, non tamē potest videre ipsum
modum existendi quo est sub sacramēto:
quod pertinet ad intellectum. Tertiō dico
quòd oculus corporalis, tā viatoris, quām
beati, per miraculum potest Christum vi-
dere in eucharistia. Hoc. S. Tho. & comue-
nit etiam Scotus. Et hæc de oculo corpora-
li. Vtrū verò per intellectū possit Chri-
stus videri, & eius modus existendi in hoc
sacramēto? Dico cum. S. Tho. loco cita-
to

to nunc & naturaliter loquendo nullus intellectus humanus aut angelicus, coniunctus aut separatus potest cognoscere Christum in hoc sacramento secundum quod est sub speciebus. Patet quia iste modus existendi est supernaturalis excedens totam naturae facultatem. Secundò dico quod beati vident hoc mysterium, sed in verbo: nam cum hoc sacramentum sit unum præcipuum de substantia fidei, & visio corraspondeat fidei & spei, beati vident illud: sicut audiimus enim sic vidimus in ciuitate domini Dei nostri, psalm. 47.

62

An in miraculis apportionibus eius charis sit Christus. QVAE RITVR, an quando in hostia apparet puerulus, vel aliquid aliud (sicut saepè apparuit Grego. & Paschasio) sit ibi realiter Christus? S. Tho. 3. p. q. 76. arti. 8. dicit quod dupliciter potest fieri huiusmodi apparitio. Primo per modum transmutantis, ita quod subito reddit hostia ad suam propriam formam, & tunc à parte rei nulla est facta mutatio, sed solū ex parte ocularum, & sensuum nostrorum: sicut propheticis apparebant visiones animalium & bestiarum, quæ tamen non erant à parte rei.

Fit

Fit autem hoc in eucharistia aliquando, ut sciamus ibi esse corpus Christi. Secundo modo potest fieri talis apparitio perseveranter, & tunc à parte rei facta est vera mutatio specierum. Et si in forma carnis, aut sanguinis appareat, non sunt sumendæ propter horrorem species illæ, & quia humanis carnibus vesci illicitum videtur. Essent tamen prædictæ species adorandæ, sicut antea.

Q V A E R I T V R , an accidentia maneant sine subiecto in hoc sacramento, vel an species quæ sunt in hoc sacramento habent aliquod subiectum? Sanct. Tho. 3. p. q. 77. arti. 1. & omnes cōcorditer dicunt, *An accidentia maneant sine subiecto in hoc sacramento. Quia non sunt in pane, cum ille sitia. iā desierit esse. Nec sunt in corpore Christi, quia accidens migrare nō potest de subiecto in subiectum. Et etiā quia Christus habet iam alia accidētia, nec ista cōueniūt illi. Et sic est determinatum in cap. firmiter de sum. Trini. & fide catholica. Quantitas autem est sine subiecto miraculose à Deo substantata. Aliæ verò qualitates, ut*

F albe-

albedo, caliditas, frigiditas, & aliæ similes sunt in quātitate sine miraculo, & sine spe- ciali Dei concursu. Sicut enim in actibus naturalibus principale agens est substātia, tamen non mediante se, sed mediante acci dēte: sic in causalitate causē materialis prin cipale subiectū accidentiū est substātia cor porea, sed nō immediatē, sed quātitate me diatē. Et tales qualitates sine miraculo no uo, habēt suas operationes: nā species vini cōsecreti frigefaciunt naturaliter si vinum erat frigidum: nam frigefacere nō cōuenit substantiæ nisi frigiditatis ratione: cum ergo ibi sit frigiditas, naturaliter frigefacit. Sic igitur species cōsecratæ faciūt & pro ducent, quicquid agere & producere pos sent, si manerēt cū substantia panis, & vini.

64

An nō cōse crato pos sit misce ri altus liquor. Q V A E R I T V R, vtrum vino cōse crato possit misceri aliquis liquor non con secratus? & si talis mixtio fiat, an sit totum cōsecratum, vel pars, aut nihil: vel pars sic, & pars non? Hæc est grauis difficultas. S. Tho.3.p.q.77.arti.8. ponit alias proposi tiones. Prima, si misceantur duo liquores diuersarum specierum, si sint in quantitate sufficiēti,

sufficienti, & fiat perfecta mixtio, vtrunque corrumpitur & fit unum tertium. Secunda, si misceatur duo liquores eiusdem speciei, & in quantitate sufficienti, vtrunque corrumpitur, & fit unum tertium. Tertia, si vi no consecrato apponatur tantumdem aquæ, vel alterius liquoris, non manet ibi corpus Christi: iam enim non est vinum. Quarta, si vino consecrato misceatur aliud vinum non consecratum eiusdem speciei in quantitate sufficienti, non manet ibi corpus Christi. Sed hoc ultimum intellige, quando per multum tempus, & per motum magnum (quod raro contingit) fieret perfecta mixtio. Tunc enim non manerent partes vini consecrati, quia essent diuisæ subinrantibus alijs vini superadditi. Vnde post sumptionem sanguinis, ecclesia consueuit accipere bis vnum, ut si manserit aliquid sanguinis assumatur. Dico ergo sine metu, quod etiam addito multo vino non consecrato, manet ibi corpus Christi, & sanguis eius: & consequenter quod in secunda ablutione, melius erit assumere plus aquæ quam vini: quia tunc corruptentur species vini.

QVÆRITVR, quæ sit forma hu-

Forma ius sacrameti? Respon. secundū omnes, &
cōsecra- & est determinatio ecclesiæ in cap. cūm
tiois pa Marthæ de celebratione missarū, & in cō-
nis et cō-
vint. cilio Florentino, forma consecrationis pa-
nis est hæc, Hoc est enim corpus meū. Et
forma cōsecrationis vini hæc, Hic est enim
calix sanguinis mei, noui & æterni testa-
menti, mysterium fidei, qui pro vobis &
pro multis effundetur in remissionem pec-
catorum. Et oppositū dicere est pessimus
error. Et male de hoc dubitat Erasmus in
annotatione. I. Corinthiorū. II. vbi ait, Vti
nam Paulus nobis traderet quibus verbis
sacer ille panis cōsecrari deberet. Verè mi-
ror, non de erroribus horum grammatica-
rum, sed de eorū superbia maxima, qui nō
habentes autoritatē pro se, reuocāt hoc in
dubiū. Sed illis dimissis, dicimus hanc esse
formam consecrationis eucharistiæ, qua
v̄sus est Christus in vltima cœna. Hoc est
enim corpus meum. Et ita etiam apertè di-
cit. S. Cypria. de cœna domini in princi-
pio, & Ambro. lib. de sacramentis, & habe-
tur de conse. d. 2. cap. conse. &c. Illa autem

verba

Verba quæ præcedunt formam cōfēratio
nis, scilicet, Qui pridie quā pateretur, &c.
Iacet Scot. dicat esse ita necessaria, ut sine
ipsis esset dubia cōfēratio: melius tamē. S.
Tho. 3. p. q. 78. art. 1. 4. & Duran. d. 8. dicunt
non esse necessaria, necessitate sacramēti,
cūm nō sint forma: propter ordinationem
tamen ecclesiæ nō liceret ea prætermitte-
re. In consecratione verò sanguinis calicis
forma est, Hic est ēm̄ calix sanguinis mei.
Hæc sola verba secūdū cōmunē opinione
sunt sufficiētia ad cōfērationē sanguinis.
Reliqua verò quæ sequūtur scilicet, noui,
& æterni testamēti, &c. sunt de perfectiōe
formæ, & nō de essentia sacramēti: sicut ly,
ego, ī forma baptismi. Hoc patet quia Græ
ci ita cōfēcrāt sanguinem, nec ob hoc sunt
dānati ab ecclesia, & ī missali B. Basilij illa
sola verba tanquā forma erāt rubeis literis
scripta. Scotus tamen admonet q̄ sacerdos
nō debet intēdere cōfēcrare per ista, vel il-
la verba: sed debet absolute cōfēcrare, di-
cens omnia illa verba quæ sunt in forma
qua nūc ecclesia nostra vtitur. Ly enim, in
vtraq; forma nō est de essentia sacramēti:

nullus enim euangelista ponit illud : male tamen faceret qui omitteret illud . Potest etiam forma dici quacunq; lingua : sed tamen variare illam , & alia lingua dicere , pectatum esset , licet sacramentum teneret .

66

Quid de monstret pronō - mē hoc in cōse- cratione panis. Q V A E R I T V R , quid demonstratur in forma eucharistiae per illud pronomen hoc ? Respō. q̄ licet de hoc sint variæ opinione s, tenendū tamen est cum Sanct. Tho.3.p.q.78.arti.5. & super episto.1.Cor. II. vbi ponit aliquas propositio . Prima, tā Christus quā sacerdos aliquid demonstrat per ly hoc , quia aliās verba nō applicarentur materiæ . Secunda, per ly hoc non demonstratur aliquid singulare , & discrete: sed dicitur in generali & indistincte: & sensus est , cōtentum sub his speciebus est corpus meum . Sicut cūm dicimus , Hic est calix , &c. intelligitur , contentum in hoc calice , est sanguis meus . Sicut quando demon stro marsupium , & dico hoc est aurū: sensus est , quod cōtinetur hīc , est aurum . Sic etiam in forma significatur , quod continetur vel cōtinebitur hīc , est corpus meum . Idem tenet Ricard.4.d.8.q.1.arti.3. & Durand.

rand. dist. 8. q. 2. ad primum argumentum principale. & Capreō d. 8. & 9. q. vnica. ad argumēta contra. 5. conclusionem. & Altisiod. & Glos. super Matth. 26. & Marſi. 4. q. 6. Et est manifestū, nam illa forma, Hoc est corpus meū, nihil aliud facit, niſi q̄ cor pus Christi contineatur sub his speciebus, ergo hoc ipsum significatur per formam.

Q V A E R I T V R , qui ſint effectus huius ſacramēti? Respon. S. Tho. 3. p. q. 79. art. 1. q̄ primus effectus eſt collatio gratiæ: hæc autem gratia conſertur in ſumptione, ut patet Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me ma net & ego in eo. Gratias quas promittit Christus in hoc ſacramento, promittit ratione ſumptionis: ergo ante ſumptionē nō conſeruntur: & de hoc nō eſt dubitādum. Datur autē prædicta gratia immeđiate in iſpa ſumptione. Et omnibus ſumētibus eu chariſtiam cōſertur æqualis gratia ratione ſacramenti ex opere operato. Non tamen ideo datur maior gratia, quia recipitur ſub vtraq; ſpecie: nam aliás qui maiore ho ſtiā ſumeret, maiorem perciperet gratiā

67
Effectus
euchari
ſtia.

ratione quantitatis continuæ, quod est falsum: ac proinde nec ratione quātitatis diſcretæ: cum sub specie panis & vini sit vni cum sacramētum. Et aliās fraudaretur populus magna gratia sacrificij: cum profecto pia mater ecclesia nō negaret illud sub vtrāq; specie, si daretur maior gratia. Iste autē effectus gratiæ nō impeditur per peccatum veniale: licet enim quis recipiat eucharistiam in actuali peccato veniali, non ideo impeditur augmentum gratiæ in eo, vt ait. S. Tho. 3. p. q. 79. arti. 8. quia aliās effet magnū periculum. Quis enim sine peccato veniali accederet sāpe? per peccatū auctem veniale impeditur actualis sensus gustus, & delectatio spiritualis. Nec etiam requiritur tunc motus liberi arbitrij actualiter cōcomitans sumptionem eucharistiæ: sufficit enim motus liberi arbitrij præcedens, vt etiam dicit. S. Tho. 4. distin. 15. q. 1. arti. 3. quæst. 2. ad. 2.

68

Per eu-
charist.

remitti-

tur pec-
catum

mortale

Q V A E R I T V R, an per hoc sacra-
mentū remittatur peccatum mortale, an. s.
possit quis accedere ad eucharistiā in pec-
cato mortali, ita & non peccet mortaliter
de

de nouo? Respon. q̄ dupliciter potest quis
accedere cum mortali. Vno modo sciéter,
& talis semper peccat mortaliter de nouo,
Non dijudicans corpus domini , iudiciū si
bi māducat & babit. Secundo modo igno-
ranter, quia scilicet doluit, & credidit se ha-
buisse iūsſicientem dolorem: cum tamē in
rei veritate talis dolor nō fuerit sufficiens:
& talis non accedit indignè, nec peccat
mortaliter, quinimò virtute sacramenti re-
mittitur præcedens peccatum. Hoc Sanct.
Tho.3.p.q.79.ar.3.&.q.80.ar.4. & Alexan.
de Ales.4.p.q.46. memb.3.ad secūdum, &
Bonauentura. 4. dist.9.q.7. & Gabriel. in
canone lectione. 8. & Marſi.4.q.6. arti.4.
cōclusione.1. & Gerson in multis locis, &
super Magistrū tracta. 9. p.3. & Adrianus
q.1. de eucharistiā, & omnes præter vnum
Maio. Patet autem hoc, nam aliás cūm nō
possit homo scire, vtrūm odio vel amore
sit dignus, iuxta illud, Nihil mihi conscius
sum, sed non in hoc iustificatus sum.1. Co-
rinthi. 4. & Job. 9. Verebar omnia opera
mea: & ibidē, si simplex fuero hoc ipsum
ignorabit anima mea, & De propitiatio no-

Si peccato esse sine metu. Ecclesi. 5.) Pericū
 Iosissimū esset accedere ad eucharistiā, &
 talis exponeret se periculo peccati morta-
 lis, cū nemo sciat se sine peccato accedere.
 Item Ioannis. 6. dicit Christus panis verus
 est qui de cælo descendit, & dat vitā mun-
 do: cum igitur accedens in gratia, iam ha-
 beat vitā: si aliquando existenti in mortali
 inculpabiliter ignorato nō daret gratiam,
 nunquā esset verum, q̄ hic panis vitam da-
 ret mundo. Satis est igitur, ad hoc ut quili-
 bet securus accedat ad eucharistiam, q̄ do-
 leat de præteritis, & proponat cauere fütu-
 ra, licet aliquādo nō sint remissa peccata:
 & tunc remissionē eorum accipiet, nō ra-
 tione contritionis, quæ perficietur: sed ra-
 tione sacramenti, quod secundū Augusti-

69

Ante sumptio nem eu- chari- stie præ requiri- tur con- fessio. num & sanctos, viuiscat mortuos, & sem-
 per sic accedens habebit gratiam. Et licet
 de hoc aliqui dubitent, ego tamen nullum
 dubium habeo.

Q V A E R I T V R, an ante sumptionē
 eucharistiæ sit necessaria confessio, vel an
 sufficiat sola cōtritio cum proposito confi-
 fessio. tendi peccata semel in anno? Respon-
 sentia

tētia omnium theologorum, Sanct. Thos.
Duran. Scoti, Palud. Alexan. Bonauen. Ga-
briel. Ochā. & aliorum est, q̄ necessarium
est confiteri omnia peccata mortalia ante-
quam accedamus ad eucharistiam. Hoc au-
tem nō solum dicūt iure positivo tantūm,
sed etiam iure diuino : & hoc habitum est
semper pro certo, & ab antiquo. Vnde Hu-
go de sancto Victore, vir magnē autorita-
tis in lib. de Ecclesiastica potesta. dicit, Au-
daſter dico, si ante sacerdotis cōfessionem
quis accesserit ad corpus & sanguinē Chri-
ſti, reus erit corporis & sanguinis domini
quantumuis pœnitentia, & vehementer do-
leat, & ingemiscat. Hoc autem dixit. 60. an-
nis ante Innocen. 3. qui instituit cap. omnis
vtriusq; sexus. Ex quo patet quod non de
novo in prædicto cap. fuit posatum præce-
ptum de cōfessione ante eucharistiam præ-
mittenda. Et Cypria. in epistola ad fratres
consistentes in plebe, reprehendit episco-
pos sui episcopatus Carthaginensis, eo q̄
non memores euāgeliij, & suae autoritatis,
lapsis dabant eucharistiam ante confessio-
nem. Idem dicit (& adhuc acris) in libel-

Ioad lapsos, & in alijs locis multis. Et lib. 6.
 ecclesiasticæ historiæ refert Eusebius de
 Philippo imperatore q[uod] cùm in die paschæ
 cōmunicare vellet, non fuit permisus ab
 episcopis nisi priùs confiteretur peccata.
 Omnino igitur tenēdum est cōtra Caiet.
 necessariā esse cōfessionem sacramētalem
 ante sumptionē eucharistiæ. Quod etiam
 probatur ex cōsuetudine ecclesiæ: quā frā-
 gentes putāt se grauiter errare. Item eucha-
 ristia est sacramentum vnitatis ecclesiasti-
 cæ: ergo recipiens illam oportet, nō solū
 ut reconcilietur Deo per cōtritionem, sed
 etiam ministris ecclesiæ per cōfessionem.
 Item Matth. 6. Christus dicit, Si offers mu-
 nus tuum ante altare, & ibi recordatus fue-
 ris, quòd frater tuus habet aliquid aduer-

70 sum te, relinque ibi munus ante altare, &
 1. Casus. vade reconciliari fratri tuo. Hæc igitur sen-
 Aliquā do licet tentia tenenda est, quanuis nō putem hæ-
 sumere sumeretum quod Caietanus dicit.

euchari. Q V A E R I T V R , an liceat aliquādo
 fine præ sumere eucharistiam ante confessionem?
 uia con- Respon. secūdum omnes, q[uod] sic, primò quā
 fessione. do quis tempore necessitatis, quo tenetur
 sumere

sumere eucharistiam, non habet copiā confessoris. Cum enim præcepta domini sua-
uia sint, nec præcepta positiua militēt con-
tra ius naturale, non tenemur ea implere
cū infamia nostra: ac proinde si parochus
rurbanus, nō habet cōfessorem, & si nō cele-
brat se diffamat, celebrare potest sine præ-
uia confessione. Et eodem modo si ego ha-
beam casus reseruatos, & nō est episcopus
præsens, & si nō celebro infamor, possum
celebrare sine confessione peccati reserua-
ti. Item propter reuerentiā sacramenti, pu-
tā si cœpi celebrare, & in ipsa celebratio-
ne meminero alicuius peccati mortalis, nō
oportet ut relinquam missam, quia facerē
irreuerentiam eucharistiæ: & hoc etiamsi
sim in ipso principio missæ: licet solum in-
troitum dixerim. Ita tenet Ricard. Palud.
& alij, quod credo verū quanuis archiepi-
scopus Florentinus dicat, q̄ si ante cōsecra-
tionem recordetur, & possit sine scandalo
quærere confessorem, debet illum quere-
re. Sed nō credo hoc esse verum. Idem di-
cendum est de his, qui sunt ibi parati ad re-
cipiendam eucharistiam, qui si ibi recor-
dati

dati fuerint alicuius mortalis , securè pos-
sunt communicare , etiam ante confessio-
nem propter reuerétiam sacramenti . Nec
de hoc dubito.

71

Q V A E R I T V R , vtrū sacerdos de-

*An eu-
charis-
tia sit
danda
peccato-
ribus.* beat dare eucharistiam peccatori perseue-
ranti in peccato , & petenti eam ? Respon.
primò secundùm omnes , q̄ publico pecca-
tori , concubinario , usurario , meretrici , &
similibus nō debet dari eucharistia : quia
effet mittere margaritas ante porcos , &
sanctum dare canibus . Item , quia talis pu-
blicus peccator , non habet ius ad peténdum
sacramentum , quia est sibi prohibitū . I. Co-
rinthi . II . Probet autem seipsum homo , &
sic de pane illo edat : ergo qui negat ei sa-
cramentum , non facit ei iniuriam . Per pu-
blicū autem peccatorē intelligimus cū . S .
Tho . 3 . p . q . 80 . ar . 6 . & . 4 . d . 9 . q . 1 . art . 1 . eū qui
damnatur à iudice propter euidentiā facti
cuius populus est testis : vt dicitur in cap .
cum dilectus , de purgatione canonica , &
cap . euidentia de accusationi . & . c . tua nos ,
de cohabitatione clericorum , & mulie-
libus igitur neganda est eucharistia . Verū
est

est, q̄ si is qui est publicus peccator in vno loco, accedat ad me in alio loco distati, in quo reputatur bonus, nec potest fama facile ad huc locum peruenire, & petat eucharistiam: probabile videtur mihi quod te-neor illi dare, quia alias offenderem eum grauiter. Si autem publicus peccator, secrete pœnituit, & petit eucharistiam in publico, non debeo illi dare, quousq; ostendat pœnitentiam suam exteriū. Si verò secretè pœnituit, & secretè petit, debeo illi dare eucharistiā: nisi existimetur, quod hoc factum veniet in publicum. Si autem peccator occultus, quē ego & aliqui alij scimus peccatorem, publicè petat eucharistiā, dando est illi: quod etiam fecit Christus cum Iuda: alias diffamarem eum. Admoneat tamen eum parochus secretè si possit, ut dicitur in cap. 2. de officio ordinarij. Si autem peccator occultus occultè petat, siue sacerdos sciat eius peccatum in confessione, siue extra confessionem, debet ei dene gare: quia nullo modo ei nocet. Ita tenet Sanct. Tho 4. d. 9. q. 1. arti. 5. q. 2.

Q V A E R I T V R , vtrū pollutio no-
cturna

En pol. Eturna impediat sumptionem eucharistię.
 lutio no Pro responsione notādum cum Palud. 4.
 Etūna d.9.q.3. & pollutio nocturna nunquam est
 impediat peccatum, sed signum, aut effectus pecca-
 sumptio tui. Et idem dicit S. Tho. 4. dist. 9. q. 1. arti. 4.
 nem eu & 3. p. q. 80. art. 7. quia talis actus nō est im-
 chari- mediatè in potestate hominis. Si igitur il-
 stia. le actus sequatur ex causa culpabili morta-
 liter, tūc dicit Ricard. & quidam alij, quod
 impedit sumptionē eucharistiæ, ita quod
 peccaret mortaliter, qui post illam accede-
 ret ad sacramētum. Sed dicendum est abso-
 lutè, quod nulla pollutio nocturna impe-
 dit sumptionem eucharistię sub pœna pec-
 cati mortalis. Hoc tenet Palud. 4. d.9.q.3.
 conclusione. 2. & Gabriel le St. 10. in cano-
 ne, & Gerson. de materia celebrationis cō-
 sideratione. 7. & Maio. d.9.q.2. & Siluest.
 verbo Eucharistia, & Bonaventura, di. 12.
 q. 3. Hoc patet, nam post cōfessionem non
 manet, nisi quedam immunditia corpora-
 lis: sed ut dicitur Matth. 18. Non lotis ma-
 nibus manducare nō coquinat hominē,
 ergo. Item, quia vel hoc impedit sumpto-
 nem eucharistiæ, propter malitiam: & hoc
 non

non, quia maiora peccata, scilicet blasphemia, & perjurium, nō impediunt. Vel propter distractionē & turbationem: & hoc nō, quia legitimus concubitus non impedit, cūm tamē æqualiter dissoluat mētem, sicut illegitimus, imò & amplius cūm sit in vigilia: ergo pollutio nocturna non impedit sumptionē eucharistiæ. Si verò pollutio fuerit mortalis, accedere ad sacramētum erit veniale propter quandam irreuerentiam, quia mens multum distracta est. Et sancti cōsulūt, ut tales per aliquod tempus abstineant, scilicet usq; ad diem sequētem, vel per. 24. horas, ut dicit Alber. Alexan. & Sanct. Tho. Et etiā si pollutio fuerit merē naturalis, propter reuerētiā sacramenti melius erit nō accedere illa die. Et ita cōsulunt decreta. cap. testamentū, & cap. non est. dist. 6. Et hoc nisi fuerit festum aliquod, vel causatur nota aliqua apud vidētes q̄ iste nō celebrat: tunc enim melius erit celebrare. Ista autem irreuerentia nō facit quòd sit peccatū veniale accedere ad eucharistiam, quia talis immunditia fuit merē naturalis. Ita dicit. S. Tho 3. par. q. 80.

arti.7.1.vbi ait ꝑ id quod consulunt sancti,
totum est de congruitate & consilio. Post
cōcubitum autē coniugalem, Grego.33.q.
4.c.vir cum propria,dicit,ꝑ si acceſſit vo-
luptatis cauſa, abstineat : si autem ratione
prolis , suo iudicio relinquatur . Breuiter
dico, ꝑ accedere ad eucharistiam post legi
timū concubitū non est peccatum. Post
quācunq; verò aliam pollutionem in vige-
lia, fornicationem, aut adulterium, accede-
re ad eucharistiam etiam post pœnitentiā
& confessionem , magna irreuerentia est,
sed non peccatum mortale, secluso cōtem-
ptu: melius tamē effet tunc abstinere. Post
sumptionem etiam eucharistiæ bonū est,
quòd vir à propria vxore abstineat, sed nō
est necessarium.

73 QVAE RITVR , an accedēs ad eu-
Euchari charistiam,debeat esse iejunus ? Respond.
itia à te omnino,quòd sic. S.Tho.3.p.q.80.art.8.al-
junis su legat August.episto.118.in responſione ad
menda. Ianuarium. Et habetur de consec.d.2.c.li-
quido, vbi dicitur , placuit spiritui sancto,
& ita apostoli ordinauerūt, & ita seruatur
per totū orbem, vt non sumeretur cibus
ante

ante corpus dominicum. Idem dicitur in concilio Carthaginensi. Et habetur de cōsecr.d.i.cap.sacramento,& cap.ex parte de celebrationē missarum, prohibetur sacerdos ne bis celebraturus , in prima celebra-
zione sumat ablutionē. Vide etiam cap.ni-
hil.7.q.x. Christus autē eucharistiam dedit apostolis post cœnā , quia secūdum ritum legis, illa hora debebat celebrari pascha, & priūs debuit plenē legem obseruare quām hoc sacramētum instituere. Et voluit vlti-
mo loco hoc tam grande donū relinque-
re, quo vehementius cōmendaret myste-
rii illius altitudinē . Institutio autem apo-
stolorum fuit legitima, vt cum maiori re-
uerentia ad tātum sacramētum accedatur.
Si enim Leui.10. prohibetur Aaron & filijs eius ne bibant vinum , nec omne quod in-
ebriare potest, quādo erāt sanctuarium in-
traturi, vt haberent sciētiā discernēdi in
ter sacrum & prophanum, inter pollutum
& immundum: multò magis sacerdotibus
celebraturis cōuenit, vt ieconi accedant ad
tam admirabile sacramentum. Hoc igitur
de fide tenendum est, & oppositum est er-
roneū

rōneum, & hēreticū, vt determinatum est
in concil. Cōstantiensi sessione. 13. quanuis
derideat hēreticissimus ille Luthe.

74 S E D dubitatur, an saltem aliquando li-
An ali quando euchar. posbit su m à nō ieuno. ceat sacerdoti celebrare post prandiu, seu
consecrare, vt det eucharistiam existenti
in extrema necessitate? Maio. dist. 9. q. 3. ad
5. dicit, q̄ licet: imo in fermentato, & sine
alijs solennitatibus potest cōsecrare secre-
tē: quia diuinū ius derogat positiuū, cūm
ergo esse ieiunum, & cōsecrare in azymo
sit de iure posituo, communicare verò sit
præceptum diuinū: sequitur, quod primū
nō potest impedire secūdum. Oppositum
tenet Palud. d. 9. vbi ait, quod non licet, &
hoc credo probabilius. Maio. enim præ-
supponit fallsum, q̄ cōmunicare sit præce-
ptum in iure diuino, vt postea videbimus.
Item videtur cōtra ius diuinum consecra-
re panem sine vino, & econtrā. Et est con-
tra cap. cōperimus de cōsec. dist. 2. Et con-
secrare in fermentato, & sine solennitati-
bus prohibitum est, ac proinde non est fa-
ciendum. Si cōmodè fieri potest, propter
reuerentiam sacramenti, detur eucharistia
mane

mane infirmis antequam aliquid sumatur.
Si autem hoc commode fieri non potest,
detur illis etiam post cibum sine scrupulo.
Ita enim tenet usus ecclesiæ, & omnes do-
ctores, & merito quidem: nam quod pro-
pter iustitiam institutum est, nō debet cōtra
charitatem militare. Debet igitur recipiēs
eucharistiam esse omnino iejunus. Verū
est quòd si cùm quis lauatur, gustaret pau-
lulum aquæ, vel vini, præter intentionem:
non ideo impedietur sumere eucharistiā,
dum tamen fuerit in parua quantitate. Et
sicutenet. S. Tho. & omnes. Idem dico, si
cibi frustum paruum manserit inter den-
tes, & præter intentionem deglutiatur. Si
etiam post ablutionem inuenierit sacerdos
reliquiam hostiæ, potest & debet eam ac-
cipere, quia iejunus incepit, & eius officiū
nondum est terminatum. Item quia alias
non posset sufficienter occurri necessitati
bus, & difficultatibus, nam frequenter post
ablutionem, inueniuntur reliquiæ. Pater
etiam, quia in parasceue sumitur particula
hostiæ posita in vino, etiamsi post primū
haustum particula adhæreat calici.

75

QVAE RIT VR, quibus sit danda
An sit eucharistia, vtrum possit dari non haben-
danda tibus vsum rationis? S. Tho.4. dist.9. & 3.
euchar. p.q.80. art.9. cum alijs doctoribus respon-
nō habē det cum distinctione. Non habentes vsum
tibus v- rationis sunt in dupli differētia: quidam
sum ra- qui dicūtur nō habere, quia parum habēt,
tionis. vt sunt hebetes, & rudes: & istis nullo mo-
do est eucharistia neganda. Alij sunt totali-
ter priuati vsu rationis. Et isti sunt in dupli-
ci differentia, quidam qui nunquā habue-
runt vsum rationis, vt sunt pueri, & amen-
tes à nativitate: & talibus nō est danda eu-
charistia, quia non habent deuotionē, nec
dijudicāt corpus domini ab alijs cibis. Alij
sunt qui aliquando habuerunt vsum ratio-
nis, vt phrenetici: & talibus si non sit peri-
culum irreuerentiæ, vel vomitus, & pritis
p̄enituerint & habuerint deuotionem ad
eucharistiam, & petierint: licet posteà in
phrenesim inciderint, non debet negari:
quia per ea quæ naturalia sunt non debet
quis perdere beneficia gratuita. Hoc pro-
batur duobus decretis. c. qui recedūt, &c.
is qui. 26. q. 6. & tales recipient in sumptio-
ne

ne eucharistiæ gratiam, & omnes alios effectus sacramenti: licet in hoc nō cōueniat Caiet.3.p.q.7.ar.1.sed oppositū cū.S.Tho. credo verū. De pueris etiā, licet cōsuetum fuerit olim apud aliquas ecclesias, vt daretur eis eucharistia, dicimus cum S.Tho. q̄ non tenētur eam recipere: nec cōueniens est q̄ illis detur. Hoc patet ex vſu ecclesiæ, quæ quidem nō permitteretur tam enor̄miter errare. Item quia pueri post baptis- mū sunt in gratia, quam nō possunt perde re sine culpa sua: sed culpā ante vſum ratio- nis committere non possunt, ergo non te- nētur de necessitate recipere eucharistiā: alias baptismus non sufficeret ad salutem, quod afferere est hæreticum. Non conue- nit autem, vt recipiant eam propter peri- cula vomitus, & eruptionis, vel alterius irreuerentiæ, quæ frequens est in pueris. Ideo nunc in ecclesia illis eucharistiam cō ferre, sacrilegum esset. Si autem de facto daretur illis, reciperent gratiam.

Q V A E R I T V R , vtrum liceat quo-
tidie sumere eucharistiam? S. Tho. 3. p. q. 80.arti.10.respondet, q̄ eucharistia dupli-
76
An liceat quoti-
die eu-
charist. sumere.

ter consideratur, vno modo secundum se, secundum q̄ cōfert gratiam ex opere operato sumenti ipsam. Et quātum ad hoc nō solum quotidie, verūm sāpe in die quolibet esset sumenda, vt gratia augeretur. Secūdo modo potest cōsiderari ex parte nostra, ex qua requiritur reuerētia, & deuotio: & secundūm hoc non est conueniens, quōd homo accedat quotiescunq; potuerit, sed expectet commodum tempus quo sit deuotus. Qui igitur se intuenerit cū deuotione, & nō distractū, laudabiliter quotidie cōmunicabit: vt patet ex consuetudine primitiæ ecclesiæ. Et quia nunc etiam laudantur qui quotidie celebrant. Pater etiam Augu. autoritate de verbis domini, panis (inquit) iste quotidianus est, accipe quotidie, vt quotidie tibi profit: sic tamen viue, vt quotidie merearis accipere. Sed quia sunt multa impedimenta, laudabile est aliquando abstinere, vt Augu. dicit lib. de ecclesiasticis dogmatibus. Et habetur in cap. quotidie, de consecra. dist. 2. quotidie cōmunicare, nec laudo, nec vitupero. Ger son super magistrū, tractatu. 9. dicit, quōd illi

illi qui propterea quòd frigidi sunt (alioquin sine peccato) recedūt ab eucharistia, sunt similes illis qui frigent, & nolunt accedere ad ignem. Effectus enim eucharistiæ est ipsa deuotio, nunquid priùs vis effectū eucharistię quām ipsam eucharistiā? Presbyteris igitur laudabilius est cōmunicare quotidie. Vnde Gregorius. 4.lib. dialogorum. c. 56. refert Cassium Narniensium episcopum quotidie celebrantem, & in celebratione stantem. Et dicit mādatum domini accepisse per reuelationē cuidam alteri factam, operare quod operaris, non cesser manus tua, nō cesser pes tuus, &c. Et Ambrosius, Graue est, q̄ ad mensam tuā mundo corde, & innocētibus manibus non venimus: sed grauius est, si quia peccata metuimus, sacrificium nō reddamus. Defecularibus autem dicimus, in primitiis ecclesia eos frequentissimè, & forsitan quotidie communicasse. Postea cessante numero fidelium, tempore Augustini siebat hoc rariūs, quibusdam quotidie, alijs dominicis diebus hoc facientibus, vt ait Augustinus in epistola ad Ianuarium. Et habetur. 12.d.

cap. illa autem. Postea Fabianus papa præcepit, ut saltem ter in anno omnes cōmuni carent, scilicet in Paſcha, Pentecoste, & in Natiuitate domini. Tandem papa Innocētius tertius, vel propter multitudinem fidelium, vel propter eorum indeuotionē, traxit cōmunionem ad hoc, ut satisfacerēt sumendo semel in anno, ut patet in cap. omnis vtriusq; sexus, de pœnitentijs, & remissionibus. Laudabile tamen est ut saepe fideles communicent.

77 QVAE RITVR, an sit præceptum
An sit de sumptuōe eucharistiæ? S. Tho. 3. p. q. 80.
præceptum art. ii. ponit duas conclusiones, Prima, ex
sumēdi præcepto diuino tenetur omnes fideles cō
euchari municare. Pater Ioannis. 6. Nisi manduca
ftiam. ueritis carnē filij hominis, & biberitis eius
 sanguinem, non habebitis vitam in vobis.
 Item cōsuetum est in ecclesia infirmos cō
 municare, quod nō est præceptum in iure
 positiuo: & qui hoc transgreditur putat se
 graue malum fecisse, ergo præceptum est
 in iure diuino. Hoc tenet Duran. 4. d. 9. q.
 2. & Palud. d. 9. q. 1. Ethoc præceptū diui
 num obligat sicut alia præcepta affirmatiua

ua tēpore necessitatis: quando scilicet quis est in tali statu, q̄ iam probabiliter credit se nō habiturum vltérius opportunitatem recipiendi. Secunda conclusio. S. Tho. Ex statuto ecclesiæ quilibet fidelis tenetur cōmunicare semel in anno: vt patet in c. omnis vtriusq; sexus. Qui autem iam commu nicauerit in vita, & semel in anno, in articulo mortis non cōmunicans propter negligentiam quādam, non peccabit mortali ter: vt bene dicit Silvester verbo eucharistia. 3. Hoc patet, quia dānatis ad mortem nō datur eucharistia. Verum est quod hæc est pessima consuetudo iudicū, prætendunt enim reuerentiam eucharistiæ, sed sunt fabulæ: non putant se esse iudices nisi occidant, tamen non damnātur tanquam rei peccati mortalīs.

Q V A E R I T V R, vtrum sit necessaria sumere eucharistiam sub vtrâq; specie? Respō. q̄ in primitua ecclesia fuit cōsuetudo sumendi eucharistiam sub vtrâq; specie: vt patet, i. Corinthiorū. 10. Vnus panis & vnū corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus.

78
An sit
cōmuni
cādum
sub vtra
ḡ specie.

mus. Et hoc etiam dicit Cyprianus in sermone de lapsis. Et dicuntur Græci modò sic populum communicare. Sed in cōcilio Constantiensi, & Basiliensi, intellectū est sub pœna excommunicationis, ne seculares cōmunicemus sub vtrâque specie, & damnati sunt ut hæretici qui dicebant esse necessarium sub vtraque specie communicare. Et hoc cōgruē ordinatum est, quia sāpe contingeret periculum effusionis sanguinis, si toti populo dandus esset. Itē quia aliquibus est horridum vinū maximè fœminis. Item ut evitaretur error Nestorianorum hæreticorū dicentium, q̄ sub specie panis non est nisi corpus, & sub specie vini nō nisi sanguis. Ideò sub vnica specie communicatur populus: ut ostendatur q̄ est totus Christus sub qualibet specie. Sacerdos autē necessariō debet sumere sub vtrāq; specie: ut patet in cap. comperimus de consec. d.2. & sunt verba Gelasij papæ, vbi dicitur esse grande sacrilegium consecrare sub altera specie tātūm. Præceptum est igitur sacerdotibus q̄ conimicēt sub vtraque specie. Et videtur q̄ sit præceptū diuinū,

diuinum, quia aliàs non esset sacraméntum perfectum: quia non est perfecta refectione sub vnica specie, sacramentum verò eucharistiæ est quædam refectione.

Q V A E R I T V R, an minister huius sacramenti sit sacerdos? Respon. quòd nō est licitum dubitare de hoc. Patet in capit. firmiter de summa Trinita. & fide catholica. Et in concilio Florenti. Et etiam patet ex vi ipsius nominis, sacerdos enim dicitur à sacrificando, sed eucharistia est sacrificium: ergo ad solum sacerdotem spectat. Item quia in lege veteri nō pertinebat ad omnes offerre sacrificia, sed solum ad sacerdotes: & Abrahā obtulit decimas Melchisedech, q̄a erat Dei sacerdos: ergo etiā in lege noua solis sacerdotibus licet offerre sanctum sacrificiū altaris. Quando autē ordinati cum episcopo consecrant, si aliqui dicant formam consecrationis, antequām episcopus, vel postquām finiuit episcopus, nihil faciunt, vt dicit Palu. & Caietanus. Nam intentio eorum est consecrare simul cum episcopo,

Q V A E R I T V R, an ministrare eu-

charistiā

An in charistiam laicis spectet ad solum sacerdo
 ministrare tem? Respon. quod propria autoritate, &
 euchar. tanquam ex officio, spectat ad solum sacer
 dotem: ut habetur in cap. peruenit de con
 laicis, co secratione. d. 2. vbi puniuntur sacerdotes
 ueniat qui per alios mittebant sacramenta, & dici
 sacerdo tur quod solus sacerdos potest id facere. Tem
 bus. pore verò quo populus cōmunicabat sub
 virgaque specie, diaconi ministrabant san
 guinem non tamen corpus domini. Quia
 in calice nō tangebatur corpus domini im
 mediate, & ideo sanguinē ministrare pote
 rāt: nō autem corpus domini, quia imme
 diatē tangitur. At in necessitate, scilicet æ
 grotante presbytero, potest diacono com
 mitti ut deferat corpus domini. Ita dicit
 Palu. 4. d. 13. S. Tho. 4. dist. 13. q. 1. arti. 3. nec
 est dubitādum de hoc. Et etiam sine com
 missiōe posset diaconus in necessitate por
 tare eucharistiam, ut ait S. Tho. nō tamen
 subdiaconus, aut alijs inferiores. Durād. di
 cit se vidisse, quod diaconus cardinalis, papa
 celebrante, dat eucharistiam alijs clericis.
 Ipse dubitat an id rectē fiat. Sed certē nul
 lum sacrilegiū ibi interuenit iudicio meo.

Quæ-

QVAERIT VR, vtrū malus sacer- 81
 dos possit cōsecrare? Respon. sine quacun
 que dubitatione quòd sic. Nam aliàs eccle
 sia esset in magno periculo: delicta enim
 quis intelligit? Et etiā populus esset in pe-
 riculo idolatrandi. Oppositum autem fuit
 error Donatistarum, cōtra quos multa di-
 cit Augustinus in libro de baptismo. 5. cap.
 23. & cōtra Parmenianum lib. 2. responsio
 ne. 107. & in multis alijs locis dicit, Sacra-
 mentum Christi nulla peruersitate homi-
 nis siue dantis, siue recipientis, violari: &
 Sacramentum gratiæ dat Deus per malos,
 ipsam tamen gratiā per se ipsum. Et contra
 Petilianum, lib. 2. c. 30. Si quis verus sacer-
 dos. i. dignus vult esse, induatur iustitia o-
 portet. Qui autē solo sacramēto sacerdos
 est. i. ordinatus, sicut fuit Caiphas pōtifex,
 quāuis non sit sacerdos verus. i. bonus seu
 dignus, verum est tamen quod dat. Idem
 dicit Chrysostomus super Ioannē, vbi ait,
 q̄ sicut per asinā Balaam locutus est Deus,
 sic per malos sacerdotes sacramenta præ-
 stat. Et nō est dubitādū. Vide. i. q. i. c. quod
 quidam, & 24. q. i. cap. audiuimus.

Malus
sacerdos
potest cō-
seccrare.

Quæ-

QV AERIT VR, vtrum missa sacer-

An missa dotis mali tatum proposit alijs, sicut missa bo-
sa mali ni. S. Tho. 3. p. q. 82. art. 6. dicit quod in mis-
sacerdo sa duo sunt consideranda scilicet ipsum fa-
tis profit cramentum, & orationes que in ea dicun-
tatum si tur, ac oblatio sacrificij. Quantum ad pri-
cut mis- sa boni. mum quod est principale, non minus valet

sacerdotis mali missa, quam missa boni ex
 opere operato. Orationes autem possunt
 dupliciter considerari. Vno modo in qua-
 tum procedunt ab hac priuata persona: &
 ex hac parte maioris efficaciam sunt oratio-
 nes boni sacerdotis, quam orationes mali:
 quia licet aliquando Deus audiat malos, ta-
 men certum est quod potius audit bonos.
 Alio modo possunt considerari prædictæ
 orationes tanquam procedentes à celebra-
 te in persona ecclesiæ: & quantum ad hoc
 tantam efficaciam habet oratio mali, sicut
 oratio boni sacerdotis, & econtrâ. Et idem
 dicendum est de horis canonicis, quæ si di-
 cantur à ministro ecclesiæ, etiam in pecca-
 to mortali prosunt, quia dicuntur in perso-
 na ecclesiæ. Quoniam is cui mittitur ali-
 quid, non respicit per quem mittatur, sed
 quis

quis & quid mittat: hæc. S. Thom. Si enim quis mitteret seruum ad dandam eleemosynam, licet seruus doleret, & repugnaret, nihilominus eleemosyna valeret omnibus illis pro quibus offertur. Sic sacerdos cum sit minister ecclesiæ missam celebrās, licet peccet ipse, prodest tamen alijs eius sacrificium. Ex parte autem orationum, & ipsius oblationis, quo melior fuerit minister, eò magis accepta erit oblatio: facilius enim & sèpius, & amplius impetrat bonus, quam malus. Augetur etiā valor missæ ex assistentia audientium: offerunt enim sacrificium circunstantes. Vnde in canone dicitur, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt. Vnde regulariter maioris valoris est missa dicta vbi sunt multi, quam vbi sunt pauci.

83

Q V A E R I T V R, vtrū hæretici schismati^{Hæreti-}
cī schis-
matici
& degradati possint cōsecrare? Ma-
gist. senten. 4. d. 13. de hæreticis & schisma-
ticis tenet apertè, quanvis tentent conse- gradatī
crare nihil faciunt. Idem dicit de degrada- possunt
tis. Sed in oppositum est tota cohors theo- cōsecre-
logorum nemine excepto. Tenent enim re-

H omnes,

Omnes, quod postquam quis est semel ordinatus, semper potest consecrare veram eu charistiam. Vnde August. lib. de corpore Christi, In mysterijs corporis & sanguinis domini, nihil a bono magis, vel a malo minus perficitur. Item. i. Corinth. ii. Qui manducat & bibit indignè, &c. Ecce Christus permittit se correctari & manducari a malis, ergo eadem ratione permittet se consecrari a malis. Item hæretici redeutes ad ecclesiam non ordinatur de novo, ergo antea poterant consecrare. Magist. sentent. deceptus est ex verbis Cyprian. qui sine dubio fuit illius sententiæ, quod hæreticus nec poterat baptizare, nec sacramenta confidere. Sed iam fuit illud in concilio reuocatum, ideo non est tenendum. Cum igitur character sacerdotalis in quo fundatur potestas consecrandi, sit indelebilis, non est dubitandum quin & potestas ipsa sit indelebilis. Vtrum autem tales missæ hæreticorum & excommunicatorum valeant & prosint, cum sint separati ab ecclesia, a qua valorem habent, dubitari posset. Verum quoniam adhuc ministri sunt ecclesie, & utitur potestate sibi

ab ecclesia tradita, licet male utantur ea, probabilius est quod valent & profunt alijs. Nec obstat cap. quidam. i. q. i. quia non loquitur assertiuè, sed inquisitiuè, ut ait. S. Tho. 3. p. q. 82. arti. 8. ad. i.

Q V A E R I T V R , an liceat audire mis
sam & suscipere communionem à clericis
hæreticis, schismaticis, & excōmunicatis.
S. Tho. 3. p. q. 82. art. 8. dicit, ~~q~~ à publicè su-
spensis ab ecclesia non licet, quia ecclesia
prohibet, ut à cōcubinarijs publicis, & à si-
moniacis: ab alijs autem licitum est. Sed no
ta quòd hęc determinatio. S. Tho. vera est
secundum ius antiquum. 23. d. c. nullus, vbi re.
dicitur. Nullus audiat missam sacerdotis,
quem indubitanter nouit habere concubi-
nam. Et in cap. sequenti hoc idem manda-
tur sub excommunicatione. Et Gregorius
4. dialogorum, & habetur. 24. q. 2. c. cœpit,
dicit de puero Hermigildo filio regis His-
paniæ, ~~q~~ cùm ægrotaret, mādauit ei pater,
ut fumeret eucharistiam ab episcopo Ar-
riano, qui noluit, propter quod à patre in-
terfēctus est, & à Gregorio martyr reputa-
tur. Sed nunc non videtur standum in illo

84
*Missam
hæreti-
ci, schis-
matici,
& de
gradati*

*an lice-
at audi*

iure antiquo, quia concilio Constantiensi determinatum est, quod non tenemur vitare excōunicatos, nisi sint nominatim excōunicati, vel manifestè percussores clericorum. Idem habetur in cōcilio Basiliensi. si aliquam habet autoritatē, & in cap. cūm non ab homine de sententia excōunicationis, dicitur quod occulte excōunicatus nō debet publicē vitari. Admonet tamen Palu. quod quando ego scio sacerdotem esse peccatorem, licet sciam occulte, bene facerem, sine scādalo aliorum me separans ab auditione missæ eius, & à receptione sacramentorum, ut illi incutiam ruborem, & moueam illum ad pœnitētiam. Et sic intelliguntur cap. nostra, & cap. nisi, de clero excommunicato.

85 QVAERITVR, vtrum liceat sacer-

An lice doti omnino abstinere à celebratione? S.
at sacer Tho.3.p.q.82.arti.10.tenet qđ omnino tene-
doti nū-tur sacerdos celebrare. Probatur ex verbis
quā cele Ambr. iam adductis, graue (inquit) est qđ
brare. ad mensam tuā mundo cordo, & innocen-
 tibus manibus nō venimus: sed grauius est
 si dum pœnas metuimus, sacrificia nō red-
 damus.

damus. Et. 2. Corin. 6. Hortamur vos ne in
vacuum gratiā Dei recipiatis. Ideo Maio.
& Duran. dicunt q̄ sine graui peccato fa-
cerdos nō potest abstinere à celebratione.
Facit etiam ad hoc cap. dolentes de celeb-
missa. paragrapho sunt: vbi reprehendun-
tur qui solum quater in anno celebrant. Et
2. Machab. 4. cōtra quosdam sacerdotes di-
citur, q̄ iam non circa altaris officia dediti
erant. Item Luc. 22. Christus dixit. Hoc fa-
cite in meā cōmemorationem, ergo. Sed
vtrūm sit mortale omnino abstinere à ce-
lebratione? Caieta. 3. p. q. 82. art. 10. tenet q̄
nō est mortale. Et idem videtur sentire. S.
Tho. cūm non exprimat hoc esse mortale.
Et ita tenendum est, quia nullum est præ-
ceptū iuris diuini, aut humani de hoc. Sed
quoniam defraudat ecclesiam suo sacrifi-
cio ad quod offerendum est cōstitutus mi-
nister, non excusatur à peccato. Et aliqui
canonistæ dicūt, q̄ peccat mortaliter, pro
pter verbum Ambrosij dicentis, Ego quia
quotidie pecco, quotidie debeo accipere
medicinam. Quod habetur de consecra. d.
2. cap. si quotiescunq;: sed dictum est de cō

filio. Licet in vitis patrum legatur de quodam viro sancto, quod ordinatus in sacerdotem, nunquam postea celebrauit. Credendum est quod haberet aliquid impedimentum occultum, vel quod hoc faciebat ex revelatione spiritus sancti.

86

Celebrā di tēpus opportū nū quod sū. QVAERITVR, quod sit opportunitas tempus ad celebrandum? Respon. S. Tho. Quod illud in quo ecclesia consuevit celebrare. Omnia enim alia variantur: tamē in omnibus optimus canon est ecclesiæ consuetudo. Et de hac ecclesiæ consuetudine ponit. S. Tho. duas conclusiones. Prima, oportet quod in ecclesia sit quotidie hoc sacrificium. Patet, quia à Christo vocatur pennis quotidianus: & intelligitur de eucharistia secundum Augustinum. Item quia si in ciuitate aliqua non celebraretur aliquo die, reputaretur graue scandalum. Secundum, missa solennis in ecclesia convenienter celebratur ab hora diei tertia usq; ad nonam: quia tunc est Christus crucifixus. Quos autem obliget præceptum illud de quo in prima propositione. Canonistæ dicunt, quod ecclias collegiatas & rectores earum: ita q

si eorum defectu non dicatur aliquo die missa, peccarent mortaliter. Ego credo quod non est peccatum mortale. Panormita. in cap. cum creatura. de celebratione missarum, dicit, quod in ecclesijs collegiatis debent quotidie celebrari duæ missæ, vna de die, alia de defunctis. Non oportet tamen quod sit de requiem: esset enim male factum, si in die paschatis & solennitatū magnarum diceretur missa de requiem. Et in hoc corrigēdus est error muliercularum, & indiscreta laicorum deuotio, cùm iubet dicere missas de sanctis qui non sunt in cælo, vel de requiem. In festiuitatibus dicatis missam de die. Silvester ait, quod id quod Panor. dicit de missa de requiem, iam est consuetudine abrogatū. Nec est rationabile, quod in die celebri dicatur missa de defunctis. Nec hoc potest haberi ex predicto ca.

Q V A E R I T V R , an oporteat pluries in die celebrare? Respon. quod in cap. consuliisti, & in cap. referente, de celebra missarum, prohibitum est pluries in die celebrare, & communicare. Sed ponuntur plures re. exceptiones quas ego nō intelligo. Prima

87

*en lice
at pluri
es in die
celebra*

est in Natiuitate domini, in qua ter celebramus & hæc clara est. Secundam ponit Silvester, si defunctus sit presens post missam celebratam. Tunc forsan hæc erat consuetudo: quæ iam videtur abrogata. Si tamen aliquis hoc faceret non reputaretur peccare mortaliter. Tertia, quando est necessarium infirmis viaticum porrigere, & aliter haberi non potest. Quarta, pro necessitate peregrinorum, si peregrinates in die festo venerunt post missam celebratam. Ego miror certè, & puto quod antè non erat ita arcta consuetudo semel tantum celebrandi, sicut nūc est Quinta pro necessitate nuptiarum, scilicet quando tempus laberetur, & non possent nuptiæ differri. Has exceptiones ponit etiam Raymun. Sexta secundum Hostiensem, quando quis habet duas ecclesiastiam si una sit in titulo, & alia commendata: & hæc consuetudo adhuc durat. Septima quando eodem die occurruunt duas missæ, una de die, alia de ieiunio. Hos. 7. caus ponit Palu. 4. d. 12. q. 1. art. 4. ubi notat quod omnes prædictæ exceptiones intelliguntur quando sacerdos est ieiunus, alias in nulla necessitate

necessitate licet. Panor. in dicto cap. consulisti, ponit. 8. exceptiones. 7. prædictas, & octauā, si superueniat aliqua magna persona ut episcopus & similes, quos nō licet transfire sine auditione missæ. Et idem est (air Siluester) de quolibet alio in die festo, quoniam habet præceptum audiendi missam. Glo. in dict. ca. ponit nonam. s. si esset consuetum in aliqua ecclesia dicere duas missas, & non sit nisi unus sacerdos idoneus ad celebrandum. Addunt aliqui decimam, propter paupertatem ecclesiarum, & raritatem sacerdotum. Et hoc habetur in iure. 21. q. 1. ca. clericus in fine, & de electione. cap. dudum, & 10. q. 3. cap. vnico. & ita habet etiam cōsuetudo. Silvester addit vndecimam, scilicet, quandocumq; occurrit necessitas arbitrio boni viri. Probat ex dict. cap. consulisti, ubi dicitur, quod propter necessitatem licet pluries celebrare. Ex quo dicto eliciunt doctores hos casus. Notat Palu. quod non licet sacerdoti pluries in die quā bis celebrare. Pro quacūq; autem necessitate nemini licet bis communicare in die eodem.

88 DE tempore autem missæ solennis. S.

*Quo tē-
pore missa
sa sit ce-
lebrāda* Tho. dicit q̄ est ab hora tertia usque ad nonam. i. usq; ad horā tertiam post meridiē. Et quod hæc cōsuetudo fuerit in ecclesia, patet ex cap. solent de consecra. d.i. & licet non inueniamus præceptum de consuetudine quā nunc habemus, quę reuocet præcedētē: nihilominus virtualiter inuenitur in hoc, q̄ papa concedit aliquibus priuilegia, quod possint dicere missam post meridiem. De nocte verò non est celebrandū: quia est iure cautum, præterquam in nocte resurrectionis, cum in præfatione dicatur, Qui hanc sacratissimam noctem, &c. Sed hæc consuetudo abrogata est. Iu aurora autem potest celebrari, nec oportet expectare punctualiter: sed seruetur in hoc cōsuetudo. Credo tamen q̄ in casibus propter quos licet bis celebrare, licebit etiā noctu celebrare: ut propter infirmos. Vide Gabrie. in cano. lect. 14. & 15.

89 *Quo lo-
co missa
dicenda
sit.* QVAERIT VR, de loco in quo missa est celebranda? S. Tho. 3. p. q. 83. art. 3. dicit q̄ non potest celebrari nisi in locis ab episcopo cōsecratis. Hoc probat consuetu-

dine

dine ecclesiæ. Vide Gabrielem in canone lect. 13. & 14. & omnia illa quæ veniunt in vi^m sacramenti, oportet quod sint sacra, vt in c. nullus presbyter, & c. si quis de cōfec^t dist. i. Notandum tamen est, quod quāuis offe^rrantur priuilegia celebrandi in domib^{us}, maxima: tamen irreuerētia est dicere mis-
sam, vbi dormiunt vir & vxor: cum etiam si in ecclesia dormierint polluantur. Cleri-
cis cōuenit istas deuotiones corrigere. Et
papa non cōcedit talia priuilegia nisi cum
reuerentia, & in loco honesto. De alijs ri-
tibus si aliquid intermittatur non ex mali-
tia sed ex negligentia quacunque, non ex-
istimet mortale. Vnde si quispiam cele-
brans obliuiscatur manipuli, vel nō aduer-
tat se sine ara celebrare, non timeat pecca-
tum mortale.

QVAE RITVR, quomodo viole- ⁹⁰
tur ecclesia, & qualiter reconciliari debet? *Ecclesia*
Respon. quod ecclesia violatur in duobus ca- *quama-*
sibus: vt habetur de conse. ecclesiæ. c. vlti- *do rite*
mo. & c. significasti de adult. Primus est, si *tur, &*
in ecclesia effundatur sanguis: & hoc intel- *reconcili-*
ligendum est grāui effusione, nā si pugno *etur.*

per-

percussero aliquem in naribus, & fluat san-
guis etiam in magna quantitate nō pollui-
tur ecclesia. Et etiam intelligitur de effu-
sione iniusta. Si enim quispiam se defendē-
do occidat aliquem in ecclesia, nō propter
ea violatur. Nec oportet quod sanguis ca-
dat intra ecclesiam, ad hoc ut violetur: suf-
ficit enim q̄ ibi effundatur, etiamsi percus-
sus grauiter, exeat statim ab ecclesia ante-
quā sanguis cadat. Secundus casus est emis-
sio seminis, nō solū illicita, sed etiam lici-
ta viri cum vxore. Pollutio tamen in som-
nis quacunq; ex causa proueniat, nō violat
ecclesiam. Additur tertius casus, scilicet si
in ecclesia sepeliatur excōmunicatus denū-
ciatus. De modo autem quo ecclesia de-
bet recōciliari postquam fuerit polluta, di-
stinguendum est, quia vel ecclesia est cōse-
crata, aut dedicata: & sic à solo episcopo
est reconcilianda, nisi ipse, vel papa alteri
cōmiserit: potest autē cōmitti clero cui-
cunq;. Si autem ecclesia nō fuerit cōsecra-
ta, sed solū benedicta, potest à simplici sa-
cerdote recōciliari. Si autē episcopus egro-
taret, & nolit cōmittere alteri q̄ eam recō-
ciliaret,

ciliet, potest dare licentiā q̄ celebrētur ibi diuina quo usq; ipse possit eam cōfēcrare. Si autē vitia sint occulta, nō opus est ecclesiām reconciliari, vt tenet beatus Antonius, Guillel. & Hostiensis. Si autē sint publica reconciliētūr. Fiunt autē publica vel ex confessione eorum qui fecerunt, vel ex euvidētia facti. Ratio Ioan. Andre. est, quia ecclesia non iudicat de occultis.

Q V A E R I T V R , quādo cōepit missa celebrari cū istis ritibus nunc consuetis? Respond. q̄ ritus ecclesiæ in celebratione missarum est antiquissimus. Nam Dionysius qui fuit tēpore Pauli, ponit pauciores ceremonias & ritus in libro de ecclesiastica Hierarchia. Itē in cap. Iacobus de cōsec. d.i. dicitur . Iacobus frater domini cui primō credita est Hierosolymitana ecclesia, & Basilius episcopus Cæſariēsis (cuius clara rita per totū orbē refūlſit) in scripturis addiderunt nobis missæ celebrationē. Glo. i. ordinem missæ celebrandæ. Isidorus lib. i. de officio & Dionysius dicunt quōd beatus Petrus fuit primus qui hoc fecit. Hæc nō inter se diſſonāt, potuit enim esse quōd alij

91

Missa
quando
cōepit ce
lebrari

alij ficerent autoritate Petri, qui erat pontifex. August. ad Ianuarij inquisitione, tractans illa verba Pauli, cæterâ cum venero disponam. i. Corin. ii. Loquens quomodo sit accedendū ad eucharistiam, dicit, Paulus apud Corinthios, ordinauit ritū illum qui ordinatus fuit Romæ à Petro, & Iacob. Hugo de san. Victo. lib. 2. de sacramentis. p. 8. c. vlti. dicit q̄ primus omnium celebrauit Petrus Antiochiæ: quod potest intelligi de celebratione cū dignitate pontificali. Et ita intelligit beatus Anto. i. p. ti. 6. c. 8. & de his sit satis.

92 Q V A E R I T V R , de aliquibus defensionib⁹ missæ & ceteris contingentibus in missa, quomodo
missæ & ceteris contingentibus in missa, quomodo
feclivis sit eis occurredum? Quid si sacerdos cele-
quomo- brans moriatur? vel si impediatur aliqua
do occur infirmitate? Dico, quod si hoc contingit an-
yēdum. te cōsecrationem, nō oportet q̄ missa perficiatur: si autem post cōsecrationē, debet missa per alium perfici. Sed quid faciet celebrans si meminerit se esse in mortali, aut in excommunicatiōne? Respond. quod si est ante consecrationē, dimittat missam; si nō sit nota infamiae vel scandali: at si sequatur scādalum,

scādalum, nō dimitat. Si verò sit post consecrationem, omnino nō debet dimittere. Idem dicendum est de eo qui meminit se nō esse ieunum. Quid quādo aranea, musca, vel aliud animal venēnosum cecidit in calicem? Respōdeo, si est ante consecrationem, tollat animal & vinum, & mittat aliud de nouo. Si post cōseminationem, accipiat animal, abluit, & cōburat, & ablutio & cineres mittantur in piscinam: & sumat sanguinē. Si autem sit venenū in calice, nō bibat, sed seruet in calice vel ī vase apto inter reliquias: & ponat aliud vinum & iterum cōsecret solum vinū, si nondum sumpserit hostiam. Si verò sumpserit hostiam, reincipiat à cōseminatione hostiæ. Idem faciat si post sumptionē hostiæ, deprehende rit nihil fuisse in calice, vel fuisse solam aquā, reincipiat à cōseminatione hostiæ. Quā uis si iam sumpserit aquam, dubitet Palude an debeat calicem consecrare. Si autem dubitat an dixerit verba consecrationis, dicat iterum secundum Scotum. Si sanguis fundatur totus, ponat aliud vinum & consecret: & si cecidit super tabulam, lambatur,

tur, & radatur & mitratur in piscinam. Si super mappam, & potest fieri mundè, sumat, vel comburatur mappa, vel sufficienter lauetur. Regula autem generalis est, q̄ quotiescunq; scitur vbi sunt species sacramenti: non debet cōburi, sed feruari. Reliqua vide apud sanctū Thomam. Hæc sufficiant de sacramento Eucharistiae.

*** SEQVITVR SACRAMEN tum Pœnitentiæ.

*** De sacramento Pœnitentiæ tractat
Magister sententiarum .4. d. 14. &
S.Tho.3.p.q.84.

93
*Pœnitentiæ est
sacramentum.*



V A E R I T V R , vtrum pœnitentia sit sacramētum : & vtrum post baptismum sit aliquod signum visibile institutum ad remissionem peccatorum actualiū ? Respondeo, quod sic, & est cōclusio de fide: vt patet Ioannis.10. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Et Matth.18. Quodcūq; solueris super terrā, erit solutum & in cælis . Ex his locis patet,

quod

quod est aliqua autoritas & iurisdictio inter homines ad remittendum peccata. Et hæc iurisdictio inter homines exercetur per actum exteriorem: ergo pœnitentia est signum sensibile institutum à Deo in remissionem peccatorum, ac proinde est sacramentum. Idem patet auctoritate ecclesiæ in cap. ad abolendam, extra de hæreticis. Et expressè inter sacramenta numeratur confessio peccatorum. Et inter hæreticos numerantur, qui aliter sentiunt de sacramentis quam ecclesia Romana sentit. Et in cōci. Florentino sub Eugenio. 4. numeratur pœnitentia inter septem sacramēta, ergo. Vocatur autem sacramētum pœnitentiæ, quāuis cōtineat contritionem, satisfactiōnem, & confessionem: quia sumpsit nomē ab vltimo: ut dicit. S. Tho. 4. d. 16. q. 1. art. 1. sicut saepe usitatum est. Nam licet homo sit animal, corpus, & substantia, non denominatur nisi ab vltimo quod est homo. Sic etiam sacerdos quanvis sit diaconus & subdiaconus, nominatur sacerdos ab vltimo. Quia vero ultima pars pœnitentiæ, quæ est satisfactio, est pœnalis, immo omnia in hoc

DE POENITENTIA.

sacramēto sunt pœnalia: ideo vocatum est sacramentum pœnitentiæ totum aggregatum ex illis partibus tribus, tam actus pœnitentis quam absoluenteris.

94 *Q V A E R I T V R*, quæ sit materia huius sacramēti? Respon. q̄ materia remota sunt peccata pœnitentis. Vnde cūm beatissima virgo nullum prorsum peccatū habuerit, falsissimū est quod quidam fingunt scilicet quod confitebatur B. Ioanni euangelistæ. Materia verò propinqua est confessio peccatorum mortalium post baptismum commissorum.

95 *Q V A E R I T V R*, quæ sit forma huius sacramenti? S. Tho. 3. p. q. 84. art. 3. dicit quod forma vera sacramenti pœnitentiæ est, Ego te absoluo. Sicut enim Marci vltimo, & Matthæi vltimo dominus loquens de baptismo dixit, Baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti: non dixit hæc sit forma baptismi, ego te baptizo (& tamen hæretici Vuiclephistæ dicunt iliam esse formam baptismi) sic de pœnitentia dicitur Matth. 18. Quodcunq; solueris super terram, ergo hæc erit forma pœnitentiæ,

nitentiæ, ego te absoluo. Item. 2. Corinth. 2.
Ego quod donaui, si quid donaui, propter
vos in persona Christi, ergo sicut Paulus
dicit se donasse, sic debet & sacerdos dice-
re, ego te absoluo. Item ut ait S. Tho. opu-
sculo. 22. Non est parui momenti quod ec-
clesia canit. Iā bone pastor Petre clemens,
accipe vota precantium, & peccati vincu-
la resolute tibi potestate tradita: ac proinde
non est blasphemia, ut putant isti hæretici,
quod sacerdos dicat, Ego te absoluo. Item
in cōcilio Florenti. sub Eugen. 4. expressè
determinatur hanc esse formam pœnitentia-
tæ, scilicet, Ego te absoluo: hæc igitur est
forma cōueniens & necessaria. Et licet per-
mittatur alia verba, omnia sunt de cōgruitate,
sicut etiam crucis signum. Et si dica-
tur in. c. nunquid de consecratione. d. 5. Sa-
cramenta cruce perficiuntur, sed nō loqui
tur de omnibus sacramentis. Manuum im-
positio dicit Palud. quod est de congruita-
te. Sed. S. Tho. ait quod non debet fieri.
Ponantur autem à capite separatae. Signat
enim copiosum munus gratiæ conferri, si-
cut in sacramento confirmationis.

Q V A E R I T V R , vtrum pœnitentia

Pœnitē- sit remediū sufficiens contra peccata? Re-
 tia ē suf- spon. quod sic. Patet ex illo Ezechie.18. Si
 ficiēs re- mediū impius egerit pœnitentiā ab omnibus pec-
 contra catis suis quæ operatus est, vita viuet & nō
 peccata. morietur: omnium iniquitatum eius quas
 operatus est non recordabor. Et idem dici-
 tur.c.33. & Sapien. ii. Dissimulans peccata
 hominū propter pœnitētiā. Et Matth.3.
 Pœnitentiam agite, & appropinquabit re-
 gnum cælorum. Idem dicitur Matth.4.&
 Luc.15. Gaudiū est angelis super uno pec-
 catore pœnitētiā agēte. Et.2. Corinth.7.
 Quæ enim secūdum Deum tristitia est sa-
 lutem operatur. Luc.17. Si pœnitentiā ege-
 rit dimitte illi. Et sunt in vtroq; testamēto
 infinita testimonia. Et si obijcias illud He-
 bræo. 6. Impossibile est eos qui semel sunt
 illuminati, &c. rursus renouari ad pœnitē-
 tiā. Dico cū.S. Tho.3.p.q.84.art.10. ad.1.
 & cum Chrysosto. & omnibus sanctis do-
 CTORIBUS, q̄ ibi negat Paulus, non pœniten-
 tiā, sed renouationem per baptismum se-
 cundò acceptum: quia baptismus non est
 iterabilis. Peccatum verò in spiritum san-
 ctum,

Etum, si sit finalis impoenitentia. i. peccatum cum quo homo moritur, sine hoc quod egerit poenitentiam de eo, est irremissibile. Alia autem peccata in spiritum sanctum dicuntur irremissibilia, quia difficile remittuntur, & raro Deus tales conuertet, & sunt in magno periculo. Sed tamen si poenitentiam egerint, remissionem sine dubio consequentur.

Q V A E R I T V R, an poenitentia sit 97
 remedium necessarium ad salutem post la-
 psum in peccatum? Respō. quod sic. Nam
 in sacris literis vbi cūq; dominus hortatur
 ad veniam petendam, non dat aliud reme-
 dium nisi poenitentiam, ergo. Et hoc adeo
 verum est, quod etiam requiritur poenite-
 tia de peccatis cōmissis ante baptismum,
 adulti enim, qui baptizantur, necesse est quod
 doleant de peccatis: iuxta illud Actuum. 2.
 Poenitentiā agite, & baptizetur unusquisq;
 vestrum. Et Augustinus libro de poeniten-
 tia ait, Omnis qui iam suæ voluntatis arbi-
 ter constitutus est, cum ad sacramentum fi-
 delium accedit, nisi eū veteris vitæ poeni-
 teat, nouam non potest inchoare: quod &

I 3 habe-

habetur de consecra. d. 4. cap. omnis qui.
 Ab hac autem pœnitentia cum baptizan-
 tur soli paruuli sunt immunes. De veniali-
 bus autem non est necessaria pœnitentia,
 quia per dilectionem Dei, & multa alia re-
 mitti possunt. Si verò peccator præuenia-
 tur aliquo periculo maris, vel latronum,
 vel alicuius alterius, pœnitentia eius erit
 quòd faciat tūc quicquid possit. Dicat Mi-
 serere mei Deus, vel aliquid simile: quic-
 quid enim possit etiam in ultimo statu fa-
 cere hoc animo ut concilietur Deus, & pla-
 catus reddatur, pœnitentia est. Talis nāq;
 non est extra salutis statum.

98 QVÆRITVR, vtrum per pœni-
Pœnitē- tentiam remittatur pœna debita peccatis?
tia re- Respon. quòd per pœnitētiā semper re-
mittit mittitur aliqua pars reatus & fit minor: nō
pœnam tamen oportet quòd tollatur tota obliga-
peccato tio ad pœnam. Nam omnes fatenter quòd
rum. postquam pœnituit aliquis, imponēda est
 aliqua pœnitentia. Nec hoc infert præiu-
 diciū aliquod diuinæ misericordiæ, quòd
 post dimissam culpam, quærat pœnam ab
 amico: qui enim peccat, lēdit iustitiā simul
 &

& amicitiam. Iure autem amicitiae teneor ego, dum aduersarius petit veniam, & est paratus facere quicquid voluerim, recipere eum ad pristinā amicitiam. Nec debo dicere, non parcam, aut nō erit amicus donec reddat domum quam combusſit. Sed nihilominus salua amicitia possum repetere domum meam. Et rex potest amico suo remittere homicidium, tamen omnino salua amicitia cogit eū satisfacere alteri pro iniuria. Sic Deus omnino postquam aliquis petit veniam, reddit in amicitiam, & nihilominus exigit iustitiam. Nota vnum locum, ex quo expressè constat quod Deus punit hominē postquam factus est ei amicus. 2. Reg. 12. Postquam dimisit Deus peccatum David, dicitur, Verū tamen filius qui natus est tibi morietur, &c.

Q V A E R I T V R, quomodo remittantur peccata venialia? Respon. 1. Quid sufficit ad remittendum mortale, sufficit etiam ad remittendum veniale. Est clarum, quia quicquid est in veniali est in mortali & aliquid amplius, ergo. Secundò dico quod ad remissionem venialis sufficit ditur.

lectio Dei. Nam cū Dei dilectio sit ei vel
le placere: & qui vult ei placere, vult vir-
tualiter non displicere: iam ibi interuenit
displicentia interpretativa, quæ sufficit ad
remissionem venialium: ut ait. S. Tho. 3. p.
q. 87. art. 1. Nam apud homines sufficit ad
remissionem leuis offensæ dicere ei quem
offendit, ego posthac volo tibi in omni-
bus placere: ergo multo magis apud Deū
qui proniore est ad miserendum. Item pro-
bat hoc Scotus, plūs placet Deo dilectio
ista, quam displiceat peccatum veniale: sed
homines etiam mali si offendantur leui of-
fensa, & præstetur eis magna beneficia, nō
exigunt satisfactionem leuis iniuriæ, etiā si
non petatur venia: ergo dilectio Dei suffi-
cit ad remissionem peccatorum venialiū.
Per dilectionem verò Dei, aut per dispi-
centiam generalem, dimituntur omnia il-
la peccata venialia, ad quæ homo non est
actualiter affectus, vel virtualiter. Si verò
quis est affectus vni peccato veniali, & do-
let de alio, remittitur peccatum de quo do-
let manente alio. Et quoniam in illa pote-
state ecclesiæ tradita in illis verbis, Quorū
remiseritis

remiseritis peccata, nō solum tradita est fa-
cultas remittendi peccata per pœnitentiā
quæ est sacramētum: sed etiam multis alijs
modis, cūm ad remissionem venialium nō
sint necessaria sacramenta: relicta est potē-
stas ecclesiæ ad instituenda media ad eorū
remissionem. Et ista sunt oratio domini-
ca, benedictio episcopi, tunctio pectoris, a-
qua benedicta, & similia, quæ sine quo cū-
que alio motu bono sufficiunt remittere
venialia, per hoc quòd fiunt, quia sunt ab
ecclesia instituta in remedium venialium.
De aqua benedicta Alexander quintus à
Petro dicit, & habetur de cōse. d. 3. c. aquā.
Aquam sale conspersam populis benedici-
mus ut ea cuncti aspersi sanctificantur, &
purificantur. Quod etiam omnibus sacer-
dotibus faciendum esse mādauimus. Nam
si sanguisvitulæ aspersus sanctificabat, mul-
tò magis aqua sale aspersa, & diuinis preci-
bus cōsecrata populum sanctificat. De ora-
tione dominica habetur de pœnitentia. d.
3. c. de quotidianis. Et est Chrysost. dicen-
tis, de quotidianis leuibúsq; peccatis quo-
tidiana oratio fidelium sufficit, scilicet, Pa-

ter noster. De benedictione episcopali, & abbatum habetur. i.q.1.c. benedictio. cap. multi. De tūsione pectoris habetur de pœnitentia. d.1.c.tres sunt actiones, & d.2.c.si cut inquit, & de sacra vñctione. cap. cum venissem.paragrapho.1.

100

Q V A E R I T V R, vtrūm peccata per *Peccata* pœnitentiam remissa redeant per sequens *per pœni* peccatum? S. Tho.3.p.q.88.ar.1.dicit quod *tētiā re* in peccato duo possunt cōsiderari, vñū est *missa an* ipsa culpa, alterum reatus ad pœnā, & tunc *redeant* ponit tres conclusiones. Prima, peccatum *psequēs* peccatu. nō potest redire quantum ad culpam. Pa-
tet, nam si Sortes occidit hominē, & egit de illo homicidio pœnitētiam: & iterum post pœnitētiam furatus est, hoc vltimum peccatum furti nō habet maculam homici dij. Secunda conclusio, Peccatum nō redit quantum ad reatum pœnæ sensus, quia no-
ua pœna sensus debetur peccato huic no-
uo, & non illa prior. Tertia conclusio, Pec-
cata præterita redeunt per sequens pecca-
tum quātum ad pœnam damni aliquo mo-
do: quia eadem pœna damni erit pro quo-
libet peccato, & eodem modo priuatūr vi-
sione

sione diuina. Et hoc modo intelligitur illud Iacobi, *Qui in vno peccauerit factus est omnium reus.* Verum est quod peccata praecedentia dicuntur aliquo modo redire per quandam ingratitudinem, ad istum sensum, quod grauius est peccatum quod nunc post remissa peccata fit, quam si prius non essent remissa peccata. Post remissionem enim iterum Deum offendere, magna ingratitudo est. Hæc autem grauitas quæ ratione ingratitudinis consurgit, cum non mutet speciem peccati secundum omnes, non est de necessitate cōfitenda. Non enim est opus, ut dicat, postquam sunt mihi dimissa peccata adulteratus sum. Pater igitur quod peccata semel remissa non redeunt per peccatum sequens. Sine pœnitentia enim sunt dona Dei. Roma. ii.

QVAERIT VR, vtrum per pœnitentiam restituatur homini gratia, & virtutes infusæ? Respon. secundum omnes, quod non est dubitandum de hoc. Nam cum in pœnitentia detur gratia, necessariò dantur omnes virtutes infusæ, quæ gratiæ cōcomitantur: sicut in baptismo, quia datur gratia, dā infusa-

101

*Per pœnitentiā
restituutur gra-*

*tia &
virtutes
tur*

DE POENITENTIA.

tur etiam virtutes morales. Sed tota difficultas est, utrum resurgat pœnitens ad tantam gratiam quantum habebat antequam caderet, vel ad maiorem, aut minorē? Ad quod omnibus alijs opinionibus dimissis, dico cum S. Tho. 3. p. q. 89. arti. 2. 3. & 5. quod pœnitens non semper resurgit ad maiorem gratiam quam illa à qua cecidit, nec ad æqualem, sed secundum proportionem contradictionis quā habet. Hæc opinio fuit antiquorum omnium, Alberti magni, Alexadri de Ales. 4. p. q. 77. membro. 5. & Bonauéturæ 4. d. 14. & Ricardi, & omnium illorum qui scripserunt in theologia grauiter, & mode stè. Hoc probatur à posteriori præter autoritatem Hieronymi quam allegat. S. Tho. quia experientia ostendit, quod pœnitens non semper resurgit ad maiorem gratiam: videmus enim feruentissimos viros, post peccatum & pœnitentiam, tepide & non ita feruenter sicut antea operari: ergo non habet tunc maiorem gratiā & amorem Dei, amor enim Dei non est ociosus. Videmus verò magnum peccatorē aliquando feruenter pœnitere, & exerceri in bonis operibus:

ribus: igitur non omnes resurgunt semper ad maiorem, vel æqualem gratiā. Item ad gratiā requiritur dispositio, & quantò maior est dispositio, tantò maior gratia introducitur: sed cōtritio est dispositio, non solum ad nouam gratiam, sed etiā ad gratiā præteritam: ergo quantò maior fuerit contritio, tantò maior erit gratia, etiam præterita. Dico igitur primò quòd cuicunq; resurgent extra gratiam, quæ datur ei secundum mensuram contritionis quam habet, & quæ daretur etiā sine meritis prioribus, datur ei aliquid ratione præcedentium meritorum. V.g. sit Petrus qui habebat centū meritorū gradus, cōteritur nunc post peccatum cōtritione ut decem: dico quòd ultra gratiam ut decem quæ datur ei ratione cōtritionis, datur aliqua gratia ratione præcedentium meritorū. Secundò dico, quòd quanto precio prædicta cōtritio maior fuerit, tanto maior gratia dabitur ei ratione præcedentium meritorum. V.g. Petrus ante habebat gratiam ut decem, & Plato ut decem, resurgunt ambo: Petrus cōtritione ut decem, Plato cōtritione ut. 20. dico φ

Platoni

Platoni dabitur maior gratia ratione præcedentium meritorum. Tertiò & vltimò dico, q̄ perfectè pœnitenti. i.e. ex toto conatu, semper restituitur tota gratia præcedēs. Nam perfectæ pœnitentiæ correspondet perfecta restitutio, nō est autem perfecta restitutio nisi restituatur totū, ergo: & consequenter secūdum proportionem pœnitentiæ restituitur præcedens gratia. Quia iustum est q̄ si toto conatu correspondet tota gratia, quòd medietati conatus respōdeat medietas gratiæ, & tertiae parti conatus. 3. pars gratiæ, & sic cōsequenter. Vnde optimum est sepe dolere de peccatis, vt restituatur tota gratia ratione præcedētium meritorum.

102

VTRVM, autem ratione aliorum bonorum operum restituatur aliquid de gratia præcedēti? Probabiliter dicimus, quod sic. Videtur enim omnino q̄ bonus princeps si propter delicta abstulerit ab aliquo quid de bona, postmodū illo pœnitente restitue gratia p̄ rit ei princeps aliquam bonorum partem, tot obsequia posset deinde regi exhibere, quòd reddat ei omnia: & esset hoc laudabile

bile in principe. Ita prorsus videtur dignū sentire de Deo, & quòd diligentí Deū vel dāti eleemosynam, vel alia bona opera facienti post pœnitentiam, restituat aliquid de gratia de perdita. Certum igitur est me rita præcedentia nō perdi omnino, sed recuperari à pœnitente.

¶ De Contritione.

DE partibus pœnitentiæ tractatum 103
aggredienti. Quæritur in primis *Contritio*
quid sit contritio, quoniam ea est *tio quid*
pœnitentiæ pars prima? Respondeo, quòd *sit.*
est perfectus actus pœnitentiæ. Pœnitentia enim virtus est per quam placamus nobis Deum iratū, & consequimur remissionem peccatorū. Ad hæc enim duo debet dirigi tota pœnitentis intentio. Est autem iste actus pœnitentiæ dolor, vnde pœnitentiæ dolor est contritio, qui maxime propitiatur Deum. Hierony. & habetur de pœnitentia. d.i.c. mensuram, apud Deum nō tantum valet mensura temporis quam doloris. Et Chrysostomus homilia. 21. super Matth.

Matthæum, non dolere quia peccaueris,
 magis indignari facit Deū, quam id ipsum
 quod anteā peccaueras. Sunt de hoc infini-
 ta testimonia sanctorum, & sacræ scriptu-
 ræ attestantia, q̄ dolor de peccatis est pars
 pœnitentiæ valens ad remissionem pecca-
 torum: ut patet ex conuersione Magdale-
 næ, & fletu Petri post negationē, &c. Ha-
 bemus igitur quod cōtritio est dolor. Sed
 notandum duplícē esse dolorem, quia qui-
 dam est sensitius, aliis est intellectuus.
 Contritio autem est dolor intellectuus &
 nō sensitius: ut docet. S. Tho. 3. p. q. 85. art.
 1. & omnes doctores. Quia contritio est in
 potestate nostra, sed dolor sensitius non
 est in potestate nostra, ergo. Et adhuc pro-
 priè loquendo, contritio non est ipse do-
 lor, sed odium & displicentia peccati, ex
 quo nascitur dolor. Est igitur contritio o-
 dium, nolitio, & detestatio peccatorū præ-
 teritorum.

104

*An sit
necessa-
riū pro-
positum
non pec-
candi.*

QVÆRITVR, an sufficit dolere
 solum de peccatis præteritis: vel an requi-
 ratur etiam propositum nō peccādi? Hæc
 est grauis quæstio, & de qua sunt opinio-
 nes.

nes. Maioris in.4.dist.14.q.1.& Almain,& Bonauentu. 4.d. 14. in expositione textus dicunt, quod si pœnitens nihil cogitat de futuro, non oportet quod habeat propositum cauendi à peccatis, sed sufficit quod actua liter nō habeat cōtrarium actum. S. Tho. 1.2. quæst.113.art.5.& in.4.d.14.in expositio ne textus &.d.17.q.2.art.2. quæstiuncula.4. &.3.p.q.85.arti.3.&.q.90.arti.4.&.3.contra gentes.cap.158.&.4.contra gentes. cap.72. & Adrianus quodlibeto.5.arti.3.dicunt, quod requiritur actuale propositum cauendi à peccatis futuris. Idem tenet Albertus Magnus. 4.d.14. arti.10. & Alexander de Ales 4.p. membro.9. Quæ harum opinionū sit verior ego nescio: sed probabilior est opinio sancti Tho. & consequenter securior, ac proinde tenenda. Quia in materia morali oportet loqui crassis coniecturis. Pro opinione.S. Tho. faciunt verba cōciliij Florentini, quæ dicunt ad cōtritionem spectat dolere de peccatis commissis cum proposi^to non peccandi deinceps. Item Ioannis.5. &.8. Existenti ad piscinam dixit dominus & adulteræ, amplius noli peccare: nō dixit

K non

non pecces, sed noli. Item primum quod ab eo qui fecit iniuriā postulamus, est huiusmodi propositum (Señor nunca mas) Item non habet verā pœnitētiam qui non diligit Deum super omnia: sed qui sic diligit Deum, vult ei in omnibus placere, & in nullo displicere: ergo talis habet propositum cauendi futura.

105 Q V A E R I T V R, 'de quo debeat esse cōtritio? Respondeo q̄ nō de peccato originali, sed de peccatis actualibus. Et est differentia, quia ad peccata mortalia requiri-
Cōtritio
est d̄ pec-
catis ac
actualibus
sed non
oportet,
ut d̄ quo
libet pec-
cato sit
distincta
cōtritio.

tur cōtritio: non tamē ad venialia. Vtrūm
ciat ynica contritio de omnibus in genera-
li, dubitari solet. Quidam enim tenuerunt
necessarias esse tot contritiones quod pec-
cata mortalia, quia S. Tho. dicit quòd con-
tritio debet esse distincta de singulis pecca-
tis mortalibus. Sed ego credo sicut dicit
Caieta. quòd hæc opinio sit falsissima. Nō
oportet reddere pœnitentiam ita diffi-
lem, & inaccessibilem. Quod ego sentio
est, quòd ad remissionem peccatorū suffi-
cit

cit dolor generalis de omnibus peccatis:
& non requiritur dolor in particulari. Pa-
tet, quia alias non posset homo consequi
remissionem peccatorū nisi aliquo certo
& determinato tempore, quod est falsissi-
mum: nam in quocunq; momento potest
homo sufficiēter conteri, iuxta illud Eze-
chielis.33. In quacunq; ^{hōra} ~~et~~ ingemuerit pec-
cator,&c. Et sumitur ibi ^{hōra} ~~et~~ pro momen-
to. Sequela autem probatur, quia ad cogi-
tandum peccata requiritur certum tépus,
ergo ad dolendum in speciali etiā requiri-
tur tépus certum. Et hoc primum concedi-
tur, & necessariò cōcedendum est ab om-
nibus. Secundò dico, q̄ nec ante contritio-
nem generalem, nec post, requiritur cogi-
tatio & detestatio singulorum peccatorū
in particulari ante cōfessionē: in ipsa enim
confessione tenetur homo conteri in spe-
ciali. Cum enim confessio debeat esse di-
stincta, tunc cum ea confitetur, detestatur
illa: nam alias esset fictio. Nec oportet di-
cere, doleo de ipsis quatuor & de his.6. sed
dolet de omnibus & cōfiteatur distinctè
peccata sua, & hoc sufficit. Quia auctus in-

terior pœnitentiæ à quo exterior profici-
scitur, singula mortalia quæ sub confessio-
ne cadunt respicit.

106.

Q V A E R I T V R , vtrum quicunque
An qui libet par uus do lor suffi ciat ad remittendum peccata? Scotus. 4.d.
 14.q.2.ar.2. dicit quòd licet quis habeat do-
ciat ad remittē nibus alijs bonis circumstantijs: nisi talis do-
da pec- lor habuerit certam intensiōnem & conti-
cata. nuationem, non sufficit. Quanta autem de-
beat esse ista intensio doloris, dicit q̄ solus
Deus nouit. Sed hoc est merè voluntarie
dicitum. In re autem necessaria ad salutem
non debemus loqui sine autoritate sacræ
scripturæ, aut sanctorum. Item arguitur cō
tra hoc, Deus pronior est ad miserendum
quàm ad puniendum: sed quæcunq; inten-
sio voluntatis in peccatum, etiā in vno in-
stanti sufficit ad damnandum hominē: er-
go quæcunq; intensio contra peccatum in
quocunque instanti sufficiet ad consequē-
dam misericordiā & remissionem. Tenen-
dum igitur est (omissa multitudine argu-
mentorum) quòd in contritione nō requi-
ritur

ritur certa intensio, aut cōtinuatio temporis. Sed tunc dubitatur quomodo intelligitur, quod contritio debet esse maximus dolor, ut dicunt doctores requiri: quia est de maximo malo scilicet de offensa Dei. Ad hoc dicendum, q̄ sicut dilectio Dei debet esse maxima non intensiue, sed affectiue & appreciatiuē: ita requiritur q̄ odio habeamus peccatum supra omne odibile: & reuera mallē esse mortuus incurrisseq; quæcunq; alia dāna quam peccatum: licet talis actus sit remissus gradualiter. Non oportet tamen q̄ pœnitens faciat illam comparationem, mallem pati hanc mortē, vel illud malum, quam incurrisse hoc peccatū (quāuis hic actus esset valde perfectus, & multū valeret ad pœnæ remissionem) sed sicut satis est ad dilectionē Dei super omnia, velle ei in omnibus placere, & in nullo displicere: ita ad cōtritionem sufficit dicere ego nullo modo vellē offendisse deū. Et licet experiamur in morte charorū nos plus dolere quā in peccatis, nō turbemur: quia hoc prouenit ex eo q̄ præsentia magis mouent quam absentia: & magis con-

naturalia sunt magis sensibilia, ideo appellatum sensituum magis mouet. Hic autem dolor sensituum debet esse moderatus. Vnde apostolus. 2. Corinth. 2. admonet eos ut non solentur poenitentem quendam, ne abundantiori tristitia absorbeatur. Dolor autem intellectuus non potest esse nimius.

107 VTRVM, de grauiori peccato sit habenda maior contritio quam de minori? Respondeo primo quod non est necessarium dolore amplius de uno peccato quam de alio. Partem, quia ut supra diximus, sufficit ad contritionem dolor in universaliter omnibus peccatis, & talis dolor non est tunc intensior respectu unius peccati, quam respectu alterius. Secundum dico, quod id est conuenientissimum, ut scilicet maiorem dolorem habeat homo de maiori peccato. Quod autem hoc non sit necessarium patet, quia alias teneretur poenitentes scire grauitates peccatorum, quod. f. sit grauius peccatum, fornicatio, an detractio: quod nullo modo est dicendum trito sit: QVAERITUR, utrum dolor contritionis habere debeat hanc circumstantiam propter deum finis, ut sit propter Deum? Utrum ad hoc quod

quod cōtritio sit sufficiēs ad remissionem peccatorum, requiratur dilectio Dei super omnia? Respon. q̄ de hoc sunt opinio-nes. Gabriel. 4. d. 14. q. 1. & 2. & Palud. dist. 17. q. 2. conclusione. 1. & Caieta. q. 1. de con-tritione, & Capre. 2. d. 41. q. 1. ad. 1. Grego-tenēt q̄ requiritur dilectio Dei super om-nia. Et idem videtur dicere. S. Tho. 3. p. q. 85. arti. 5. vbi dicit, quod quintus actus qui concurrit ad cōtritionem est actus charita-tis, & 1. 2. q. 113. arti. 4. 1. dicit q̄ ad pœniten-tiam non sufficit motus fidei nisi sit infor-matus charitate. & 3. p. q. 85. arti. 6. dicit q̄ actus pœnitentiæ nascitur ex actu charita-tis. Et probatur, quia in pœnitentia fit inte-gratio amicitiæ (fit enim ex inimico ami-cus) sed hoc est impossibile nisi inimicus incipiat diligere, ergo. In contrarium est, quia dilectionis actus est perfectior, quam actus pœnitentiæ: ergo remissio peccato-rum nō deberet tribui actui pœnitentiæ, sed actui dilectionis: cuius oppositum di-cunt omnes'. Pro solutione huius dubij no-tandum, q̄ actus pœnitentiæ est actus di-stinctus ab actu dilectionis Dei: quia pœ-

nitentia & charitas distinguntur, ergo etiā actus earum. Hoc supposito, videtur quod non possit esse pœnitētia sine dilectione Dei, quia odium nascitur ex amore, ergo odium peccatorum nascitur ex dilectione Dei: si enim non diligerem Deum, quare odio haberem peccata? nūquid propter amorem creaturæ? non certe, sed propter Dei amorem: cùm igitur odium peccatorum sit super omne odibile in verè pœnitenti, ergo procedit ex amore Dei super omnia. Et ita est regulariter quod peccator ex amore mouetur ad pœnitendum. Potest tamē esse quod in voluntate non sit aliis actus quam iste, doleo quia offendit Deum: qui nec est elictus, nec imperatus à charitate, & iste talis actus sine alia dilectione sufficit ad remissionem peccatorum: qui licet regulariter procedat à charitate, tamē remissio peccatorum magis tribuitur pœnitētiae quam charitati, quia in sacra scriptura illi actui promittitur remissio. Et S. Thom. dicens quod pœnitentia procedit ex amore, intelligendus est communiter & regulariter: ut patet apud ipsum. 4.d.14.q.1.ar.2. quæstiū.

x. Verū

I. Verum est quod ipse actus poenitentiae, nolle deo displicere, est vera dilectio. Dolor igitur peccatorum debet esse propter Deum, non propter timorem poenarum, aut propter quodvis aliud: sed quia sunt offensae Dei patris pessimi.

QVAERITVR, utrum qui dolet, ut
 nunc diximus, semper recipiat gratiam. Caius.
 q. i. de cotitione, tenet mirabilem opinionem, scilicet quod stat quempiam dolere de peccatis perfecte, & perfecte proponere cauere ab illis in futurum, & perfecte diligere Deum super omnia & non habere gratiam. Ratio eius est quia alias sequeretur quod posset quis habere evidentiam quod sit in gratia. Oppositum tenet omnes doctores, & dicunt quod quam primum fecerit aliquis totum quod in se est, statim habebit gratiam. Vide. S. Thos. i. 2. q. 112. art. 2. ad. 1. & q. 113. art. 3. & 8. & 3 p. q. 85. art. 5. & 6. Et in pluribus alijs locis. Et oppositum esset contra scripturam sacram dicenteum, Conuerterim ad me & ego conuertar ad vos: iam hic poenitentia conuertitur ad Deum, & Deus non conuertitur ad poenitentem. Iacob. 4.

109

*An qui
dolet p-
pter deū
semper
recipiat
gratiam,*

appro-

appropinquate Deo, & appropinquabitur vobis. Et Ioan. 14. Qui diligit me diligitur a patre meo. Et Psal. 50. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Falsissimum ergo est quod Caieta dicit. Et dico quod non stat de lege quod taliter poenitens careat gratia cum faciat totum quod in se est. Nec hoc dato sequitur se scire euidenter quod habeat gratiam. Non enim ego possum habere euidentiam, quod doleo de peccato super omnia, vel quod proponam perfecte cauere in futurum. Habemus igitur pro certo, quod qui sic dolet habebit gratiam.

110 QVAE RIT VR, utrum attritio possit fieri contritio? Ad hoc suppono ex omnibus doctoribus, & S. Tho. quod nihil aliud est cōtritio quam dolor perfectus: attritio vero dolor imperfectus. Tunc dicit Sanct. Tho. 4. d. 17. q. 2. art. 1. questiuncula. 3. quod attritio non potest fieri cōtritio. Probatur, quia principium cōtritionis est gratia, virtus infusa: attritionis vero principium est habitus acquisitus, vel sola potentia: idem autem actus non potest elici a virtute infusa, & acquisita vel a potentia, ergo. Sciendum est

est tamen, quod duplex est contritio, quedam intrinsecè, quæ habet hoc pro obiecto: doleo de peccatis super omnia. Alia extrinsecè. i.e. ex circumstantia, & sic omnis dolor qui est cum gratia vocatur contritio. Eodem modo duplex est attritio. Quædam intrinsecè ex obiecto, ut puta, doleo de peccatis quia turpia sunt & infamia, vel propter infernum. Alia extrinsecè, puta doleo de peccatis propter Deum: & cum omnibus circumstantijs, sed omitto præceptum aliquod necessarium. Tunc sit cōclusio, nunquam ex attritione sit cōtritio intrinseca, quia differunt ex obiecto: vna enim dolet propter Deum, alia propter pœnas. Vnde conclusio. S. Tho. intelligitur de attritiōe propriè dicta, & de contritione propriè dicta.

Q V A E R I T V R, vtrū tota ista vita III
 sit tempus contritionis? Respōdeo primò *An totum*
 quod est expediens & cōueniens s̄a pe do
 lere de peccatis. Et sancti ita consulunt. Ad *ta vita*
 amicitiam enim pertinet s̄a pe dolere de
 offensa facta amico: maximè quia dolere
 debemus quousque reparemus detrimen-
 tum factum per peccatum: sed multa sunt
sit tempus
cōtritionis.
quæ

DE CONTRITIONE.

quæ nullo modo possunt reparari, puta tē
pus quod perdidimus peccando, ergo per
totam vitam dolere debemus de illo. Hoc
autem intelligendum est de dolore qui est
in voluntate, nam de sensitu dolore gra-
ue esset videre amicum semper esse tristē.
Loquendo autem de doloris tempore qui
est sub præcepto, dico q̄ de peccato semel
dimisso nō tenemur amplius dolere, quia
Deus non iudicat bis in idipsum, vt dicitur
Nahum.1. Sed de peccato non dimisso est
dubium quādo teneatur homo cōteri? Ad
hoc Caietanus quodlibeto.2. q.3. dicit q̄
præceptum cōtritionis partim est affirma-
tiuum, quia obligat ad actū, scilicet ad do-
lorem: partim negatiuum, quia obligat ad
non manendum in peccato. Loquendo de
hoc præcepto in quantum est affirmatiū,
obligat semper, sed non ad semper, sicut &
reliqua præcepta affirmatiua: scilicet in ca-
su necessitatis, puta cūm quis administrat,
vel recipit sacramētū, vel in articulo mor-
tis. Loquendo verò de prædicto præcepto
in quantum est negatiuum obligans ad nō
manēdum in inimicitia Dei, obligat sicut

&

& cætera præcepta negatiua, semper & ad semper, & ad statim. Et sicut qui tenet alie num tenetur statim reddere, sic qui est in statu inimicitiaæ Dei, tenetur statim ab illo exire. Peccat autem cōtra hoc præceptum qui habet aëtum commissionis contrariū, puta si dicat volo manere in hoc statu per diem aut per horam. Sicut qui retinet alie num non semper peccat de nouo, sed cùm habet hunc aëtum posituum, nolo reddere alienum, est tamen semper in malo statu. Magister meus Victoria tenet q̄ nullū est præceptum de pœnitētia aut contritione, quod obliget sub nouo peccato. Quan uis peccatum mortale sine pœnitentia nō possit deleri, ac proinde sit necessariū dolere seu pœnitere: sed qui nō pœnituerit, damnabitur quidem propter peccata quæ commisit, sed non quia non pœnituit. Sed quia mihi magis placet opinio contraria, ideo hanc non prosequor.

Q V A E R I T V R , vtrum post hanc ¹¹²
vitam sit locus pœnitētiae? Respon. q̄ nō, ^{An post} ^{vitā} sit
sed prout in corpore gessit siue bonum, si- ^{locus pœ}
ue malum recipiet. ^{2.} Corinth. ^{5.} Et vbi ce- ^{nitētiae.}
cide

ciderit lignum ibi manebit, Ecclesiast. ii.
 Veniet nox quādo nemo poterit operari,
 Ioannis. 9. Sed contrā de Trajano, & alijs
 quos apostoli fuscitauerūt, quorum aliqui
 forsan erant in infernum detrusi. Respon.
 non dubito quin Deus possit homines dā-
 natos liberare ab inferno, sed hoc est præ-
 ter legem. Id autem quod dicitur de Traja-
 no, timeo q̄ sit fabula, tamen quicquid sit,
 Deus potest omnes damnatos eripere ab
 inferno, etiam si non pœniteant. Et sic non
 opus est dicere q̄ fuscitauit illum ad pœni-
 tendūm: non enim erat opus.

113 QVAERITVR, vtrū saltem pecca-
*An ve*ta venialia post hanc vitam remittantur?
nialiare Respon. q̄ cum multi moriantur in pecca-
mittan- tis venialibus, vel quia non cogitauerunt
tur post de illis, vel quia complacent sibi in aliquo,
hanc vi- necessarium est dicere q̄ in alia vita remit-
tim. tantur. Et ita. S. Tho. 4. d. 21. q. 1. arti. 3. Et in
 additionibus. q. 4. art. 3. dicit, q̄ peccata ve-
 nialia remittuntur in purgatorio: & eodē
 modo sicut in via remittuntur. In inferno
 autē ideo nō remittuntur, quia ibi existen-
 tes sunt inimici Dei, & Deus eorum opera
 non

non acceptat. At existentes in purgatorio sunt amici Dei, & ideo acceptatur eorum opera: & etiam per displicentiam peccatorum remittuntur eis peccata venialia. Ita Grego. 4. dialog. c. 39. & habetur. 25. dicit. ca. qualiter, & August. 21. de ciuitate. cap. 24. Matth. 12. Non remittetur ei neque in hoc seculo neq; in futuro. 2. Machabæorum, 12. Sancta ergo & salubris cogitatio. Opera igitur bona existentium in purgatorio sunt quidem meritoria remissionis peccatorum, non tamen gloriæ.

Q V A E R I T V R, vtrum remittatur 114
 per contritionem tota pœna peccatis debi *An contra?* Respon. q; non, quia aliás nō esset opus ^{tritio re} purgatorio. Quòd autem post remissionē ^{mittat} culpæ maneat reatus pœnæ, probatur vni- *totā pœ-*
ca autoritate. 2. Reg. 12. Vbi postquam pec-
catum Dauid remissum est, dicitur in pœ-
nā eius, vnicus filius qui natus est tibi mo-
rietur. Et alias locus Iosuæ 22. An parū vo-
bis est, quòd peccastis in Beelphegor? vsq;
in præsentem diem macula huius sceleris
in vobis permanet. Vide Sanct. Tho. 1. 2. q.
86. art. 2. Potest nihilominus tanta esse con-
tritio

tritio, quod sufficiat ad remittendum totam
poenam sicut credimus de Magdalena. Et
haec de contritione sufficient.

¶ Sequitur de Confessione, secunda
Poenitentiæ parte.

¶ De hac materia Confessionis tractant
docto.in.4.d.17. & S. Tho. ibidem, &
in additionibus.q.6. Et ante omnia.

III
Confessio
est neces
saria ad
salutem.



V A E R I T V R , vtrum confessio
sit de necessitate salutis ? Respon.
¶ sic. Patet ex. c. omnis vtriusque
sexus, de poenitentijs, & remissionibus, vbi
hoc expressè dicitur . Vtrum autem sit iu-
ris diuini vel nō, inferius disputabitur. Sed
dubium est, an si confessio non esset præ-
cepta de iure diuino , possit ecclesia ad eā
obligare? Nam si possit, parum refert scire
an confessio sit de iure diuino, sufficit enim
¶ iam ecclesia in concilio generali obliga-
uit omnes ad confessionem . Et videtur ¶
ecclesia non potuerit confessionem præci-
pere. Nam secundum communem opinio-
nem

nem ecclesia non habet iurisdictionem su-
per actus interiores, ergo saltem nō posset
nos obligare ad confitendum illos: quod
quidam asserunt, sed tamen damnati sunt.
Item ecclesia non posset me obligare etiā
quocunq; criminē, ut religionem profite-
rer, quia esset nimis graue onus, ut est com-
munis opinio: sed etiam est onus grauissi-
mum & difficilimum peccata confiteri: er-
go si non esset præceptum diuinum, ecclē-
sia non posset ad hoc obligare. Hæc est res
disputabilis & qua parūm indigemus, quia
habemus pro certo, quòd de cōfessione sit
præceptum in iure diuino, ut primò pro-
babimus. Notādum tamen quòd duplia *infra*
sunt præcepta, quædam quæ licet sint abso- *numero*
luta non obligant hominem absolute sed *174.*
in casu, ut de eleemosyna est absolute præ-
ceptum, & tamen non obligat nisi in casu
necessitatis: & potest esse q; nunquam oc-
currat talis casus in vita, & ideo non voca-
tur eleemosyna necessaria ad salutē. Idem
de sanctificatione Sabbati, maximè si ec-
clesia nō determinasset diem. Idem de ho-
norandis parentibus. Alia sunt præcepta

L quæ

quæ obligant absolute, & non est satis in casu, sed oportet ut vos queratis casum, & disponamini ad implendum illa. Et huiusmodi est præceptum baptismi, confessio-
nis, eucharistiæ, circa quæ teneor facere ad illa implenda. Et haec vocantur necessaria ad salutem.

116 QVAE RITVR, an confessio sit adeò *Cofessio* necessaria ad salutem sicut baptismus: ita *no est tamen* quod nunquam liceat illam omittere? Re-*necessa-* spondeo primò, quod nō est adeò necessa-*ria sicut* ria ut baptismus. Nam puer sine actuali ba-*baptis-* ptismo nō potest saluari, potest autem ho-*mhus.* mo saluari sine actuali confessione. Sed vtrum cùm quis potest confiteri, possit alii quando omittere confessionem? Respon-*deo* pro nunc quod multa sunt præcepta Dei, & sic quandocumque quis posset con-*fiteri* sine transgressione præcepti diuini, *tenetur confiteri*, etiamsi perdat bona. Si verò simul concurrat aliud præceptum diunum cum confessione, & præceptū con-*fessionis* nō possit impleri sine alterius præ-*cepti* transgressione, si aliud est maius (ma-*xime de iure naturali*) tunc nō tenetur co-*fiteri*,

fiteri, quale est non scandalizare. Vnde si si fœmina sciret confessorem scandalizandum si ei confiteretur, non tenetur confiteri ei, vt l*tiūs* infrā dicemus.

QVAERITVR, an confessio sit de iure naturali? Respon. q̄ non. Quia sacramenta ecclesiæ sunt de illis qux sunt supra naturā, & pertinētia ad fidem. 117
*Cofessio
nō est de
iure na-
turali.*

QVAERITVR, vtrū teneamur cōfiteri peccata venialia? Respon. q̄ omnes conueniunt in hoc, q̄ qui habet mortalia peccata non tenetur cōfiteri venialia, quia si teneretur confiteri vnum veniale, ergo & omnia, & cū venialia sint infinita, esset quasi impossibile omnia confiteri. Sed dubium est, an qui non habet nisi venialia teneatur ea confiteri semel in anno? De hoc S. Tho. q. 6. artic. 3. ad. 3. ponit duas opiniones. Prima dicit, q̄ tenetur, quia præceptū de confessione est absolutum & potest impleri, ergo. Secunda opinio dicit quod nulus tenetur confiteri venialia. Et hæc est tēnenda, quia præceptum de cōfessione, intelligitur de mortalibus, vt patet ex eo q̄

L 2 dicit,

'dicit, confiteatur proprio sacerdoti. Circa venialia verò non est proprius sacerdos, nam quilibet potest ea confiteri cui voluerit. Item ecclesia noluit de nouo præcipere confessionem, sed præceptum iuris diuini determinare quoad tēpus executionis: at à Christo nō est præcepta cōfessio nisi mortalium, ergo. Item in illa decretali imponuntur nō confitenti grauissima pœna, ut scilicet viuens arceatur ab ingressu ecclesiæ, & mortuus christiana careat sepultura: sed huiusmodi pœnæ nō imponuntur à pia matre ecclesia perfectioribus viris quales sunt qui habent solum peccata venialia quæ alij peccatores nō tenentur cōfiteri (alias meliores essent peioris conditionis) ergo. Talis igitur qui non habet nisi venialia, petat in paschate eucharistiam, & sacerdoti dicenti q[uod] priùs confiteatur, respondeat se non egere confessione, & sacerdos credat. Sed quis est hic, & laudabimus eum.

119
Mentiri
in cōfes-

Q V A E R I T V R, vtrū aliquis possit siue, qua consiteri peccatum quod nō habet? Respondebit pec det. S. Tho. q[uod] si nunquā licet mentiri, mulcatum. tò minus in confessione. Sed quale peccatum

sum erit? Dico probabiliter quod qui confitetur mortale quod non habet, peccat mortaliter: quia peccat circa ea que sunt de necessitate confessionis, & decipit confessorem qui absoluit quod non potest absolu: & consequenter dico, quod confessio non fuit integra, ac proinde nulla & iteranda: quia non confitetur de illo mendacio perniciose. Si autem peccatum de quo dubitat confiteatur tanquam certum: si id faciat credens esse magis securum ut communiter fit, non peccat. Si autem faciat animo decipiendi confessorem, peccat mortaliter. Sed quid de scrupulis, ut si habeo suspicionem quod feci peccatum? Respondeo quod non solum non teneor confiteri, sed neque debeo facere, si credo quod non consensi. Quia in rebus moralibus debemus procedere ex conjecturis coniecturis. Deus enim non est sophista, nec querit laqueos. In rebus autem moralibus vocatur demonstratio, ubi habeo conjecturas pro una parte & non pro alia, licet habeam formidinem eius. Ipsi qui sic confidentur infamant sacramenta & reddunt ea odiosa, satis est confiteri peccata certa &

dubia: sed non de scrupulis qui sunt veri
scrupuli. Nam de his loquor. Exemplum est
aliquis qui omnino habet propositum ca-
uendi à peccatis, & nullo modo velle con-
sentire temptationibus, & expertus est quod
solet resistere cogitationibus & illecebris,
postea occurserunt cogitationes & deten-
tus fuit in illis, & postquam discesserunt non
recordatur, si aduertit, si consensit, vel qua-
liter se habuit. Dico quod de tali scrupulo
non oportet confessari. Et eodem modo de
cogitationibus fidei, & phantasijs quae oc-
currunt homini etiam parato mori profi-
de, si opus esset.

120 DVBITATVR, vtrū peccet mor-
Mentiri taliter qui confessetur peccatum veniale quod
circa ve-
nalia i- non fecit? Nam quod peccet venialiter cer-
confessio- tum est. Caieta.in.2.2.in materia de menda
ne qua- cio dicit quod est peccatum mortale: quia
le pecca- mentitur in iudicio, ubi tenetur dicere ve-
cum sit. ritatem. Sed respond. Non est mortale,
nam licet sacerdos possit exigere veritatē
à pœnitente non tamen quācunq; verita-
tem, sed eam quae pertinet ad materiam iu-
dicij sui: & cùm venalia non sint materia
confes-

confessionis, mentiri circa illa, non est peccatum mortale. Sicut nec si confessori interrogati, an sim pauper, dixerit quod non, cum tamen re vera sim pauper, non pecco mortaliter. Et quāuis Caieta. in. 2. 2. fuerit illius sententiae, tamen in summa confessionis moderationis loquitur dicēs, quod si sit intentio pœnitentis facere peccata venialia materia confessionis, tunc metiri (etiam circa venialia) esset mortale, quia iam veniale est materia principalis & pertinens ad iudicium. Si verò non est intentio pœnitentis facere venialia materiam confessionis, metiri circa illa non est mortale. Sed adhuc dico quod etiam si habuero intentionem efficiendi materia confessionis ex venialibus, dicēs mendaciū circa illa, ut si dicam me non fuisse metitum, non pecco mortaliter: quia per hoc quod nolo dicere mutatur intentio prior, & iam non manet materia confessionis: etiam si non habuero reflexionem illā, nolo quod hoc peccatum quod volo tacere sit materia confessionis.

Q V A E R I T V R , quādo obligat præceptum confessionis, an statim post peccatum? S. Tho. 4. d. 17. & in additionibus q. fiteri.

121

*An ita
tim post
peccatum*

6.art.4. dicit quòd hoc præceptum potest multipliciter considerari. Vno modo stan do in solo iure diuino, seclusa ecclesiæ de terminatione. Alio modo post ecclesiæ de terminationem. Loquendo igitur secundum primam considerationem, dicunt ali qui, quòd obligat solùm semel in vita, in casu necessitatis: sicut & alia præcepta affirmatiua, puta in articulo mortis. Sed cōtrà, quia tunc esset impossibile confiteri peccata, nam cum ad hoc requiratur memoria peccatorum, videtur impossibile moraliter loquendo, quòd quis habeat in memoria peccata quæ commisit in. 40. annis: & sic frustraretur illud præceptum, salté pro maiori parte, quia paucorum peccatorum in fine vite possit quis habere memoriam.

Quando Ideò dicunt alij, q̄ tenetur quilibet confite
sene- ri in articulo necessitatis: qui vocatur quā-
mur con- do est periculum obliuionis, sicuti & alia
fiteri. præcepta tenemur implere quādo est probabile, quod si tunc non implementur, posteā non poterunt impleri: sicut de auditione missæ, nō teneor eam audire manē, nisi solum sit vniça missa quæ manē celebratur:

&

& sic de confessione quam tenetur facere intra illud tempus quod sufficit ad memoriam peccatorum retinēdam. Sed contrā, quia si hoc esset verum, ecclesia negligentius determinasset in cap. omnis vtriusque sexus, tempus vnius anni pro confessione: nam probabile est, quòd in vno anno obliuiscuntur aliqua peccata. Certum enim est, quòd si de iure diuino teneremur cōfiteri peccata nostra pluries in anno, non posset ecclesia dare facultatem, quòd differretur cōfessio vsq; ad annum: sed sunt aliqui qui in vno anno obliuiscuntur, ergo. Ad hoc sciédam, quòd ecclesia non dedit nouam licentiam, sed coērcuit negligentiam, nec voluit dicere quòd non confiteantur ante annum: sed quo ad forum exterius voluit arctare. Vnde si quis aggredieretur periculum mortis ante annum, ecclesia non de obligabit illum à cōfessione in tali casu facienda. Sed quia nunc nemo obligatur cōfiteri nisi semel in anno (alias ecclesia deciperet nos) ideo falsum est quod isti dicunt. Itaq; videtur mihi, & est notandum pro alijs prēceptis, quòd Christus instituit ecclesiā

DE CONFESIONE.

Ecclesiam & dedit sacramenta & præcepta generalia, non autem dedit præcepta particularia, & ordinationes speciales quibus solis posset gubernari: ut isti hæretici somniant. Quod patet, nam Christus nō determinauit episcopos per diuersas diœceses, & tamen nisi essent episcopatus distincti, esset impossibile ecclesiā gubernari, quia possent præcipere cōtraria. Nec in eo fuit prouisio Christi insufficiens, nam idcirco cōstituit prælatos, ut gubernarent ecclesiā, & præcepit fidelibus, obedite præpositis vestris. Secundò notādum quòd Christus reliquit aliqua præcepta generalia sine determinatione, quæ quidem nō possent cōmodè obseruari ad Christi intentionem, nisi ecclesia determinasset tempus, vel modum, &c. V.g. Christus posuit præceptum eucharistiæ dicens, Nisi māducaueritis carnum filij hominis, &c. Stādo solum in præcepto Christi, quando teneretur homo sumere eucharistiam? Si dicas, quòd semel in vita, hoc non est verisimile, cum secundum Hieronymum, August. Ambrosium. & alios doctores, in oratiōe dominica per panem

panem quotidianum intelligatur eucharistia. Cum etiā apostoli, & in primitua ecclesia fideles frequentarent hoc mysteriū. Et Christus dixit, hæc quotiēscunq; feceris, in mei memoriam facietis. Et iterum, hoc facite in meam cōmemorationem. Ac proinde patet, prædictum præceptum nō posse commode obseruari ad intētionem Christi, sine ordinatione & determinatio ne ecclesiæ. Item præceptum de celebratio ne festi, quomodo impleretur? nūquid suf ficeret semel in vita genua flectere, & Deū colere? Sic igitur dico de præcepto cōfessionis, q̄ de iure diuino tenemur confiteri q̄n ecclesia determinauit. Nec enim stādo in iure diuino potest determinari quando obliget: fuit etenim intētio Christi, quòd ista mysteria frequentarentur.

N V N C videamus vtrum stādo in iure diuino, sint aliqui casus in quibus teneamur statim cōfiteri? Aliqui antiqui, & qui dam summistę dicunt, quòd peccator tene tur statim cōfiteri, quia aliás exponeret se periculo: posset enim mori, vel impediri fiteri lingua, vel memoria labi. Item quia secus agendo,

122

*Cōfusio**nus**tene-**mur s̄t̄**tim cōf**fiteri*

agendo, iam nō facit quod in se est. Huius sententiæ est Innocentius in cap. omnis de pœnitentijs & remissionibus. Idem videtur sentire Archid. in cap. ille rex de pœnitentijs. dist. 3. Sed S. Tho. & alij doctores dicunt, q̄ non tenetur homo statim post peccatum cōfiteri. Patet, nemo tenetur statim ad contritionem, quæ est magis necessaria quām cōfessio, ergo nec ad confessionem. Item hoc nō determinatur in iure diuino, aut positivo, ergo est falsum. Itē ecclesia determinauit semel ī anno, ergo hoc sufficit.

123

In mortis articulo, an teneatur confiteri in articulo mortis? Resp. quòd sic. Nam peccator tenetur confiteri, & nō potest post mortem, ergo qui est in illo articulo, si non vult confiteri, exponit se periculo. Vnde in cap. cū infirmitas de pœnitentijs & remissionibus, præcipitur medicis, vt admoneant & exponant infirmis pericula mortis: in quo errat communiter medici, ne cōtristent infirmum. Sed verum est, quòd debent facere quātò melius potuerint: sed omnino sunt negligentes medici. Et potest cōtingere q̄ propter eorum

eorum negligentiam damnentur aliqui infirmi. Sed quid vocatur articulus mortis? Respondet Palud. 4. d. 17. q. 2. quod non dicitur articulus mortis, unde quis potest mori: sicut non est articulus mortis justar, jugar a las cañas, correr toros, o cauallos: tunc enim non tenetur homo confiteri ante ista exercitia: sed articulus mortis vocatur unde communiter, & frequenter solet sequi mors: sicut intrare bellum. De intrantibus autem mare est dubium, si enim esset paruum spacium & mare esset placidum, non tenetur confiteri. Breuiter arbitrio boni viri relinquatur iudicium de periculo mortis.

Q V A E R I T V R , vtrum ante eucaristiam teneatur homo de iure diuino confiteri? Communis opinio est, quod sic. Caiaeta. 3. p. & in summa tenet oppositum. De hoc iam disputauimus suprà. Ex dictis sanctorum non est dubium quin teneatur confiteri, si habeat copiam confessoris. Si autem non habeat & debeat celebrare diebus festiuis, bene poterit sine prævia confessione: maximè si non celebrando incurrat aliquam

quam notam infamiæ.

124 SED utrum ad recipienda alia sacramenta teneatur homo confiteri? De hoc Marsilius. 4. q. 12. art. 1. facit magnam difficultatem, & dicit particulariter de recipiente sacramentum ordinis, quod ordinatus tenetur confiteri prius, quia sacramentum ordinis p[ro]fessi. directe ordinatur ad copiam gratiae, & est magna irreuerentia non disponere se ad receptionem illius. Sed respondeo absolu te (omissis opinionibus) quod ad receptionem aliorum sacramentorum nemo teneatur confiteri. Vnde de consec. d. 4. c. vt ieiunij, dicitur, quod qui confirmandi sunt, si sunt perfectae etatis admoneantur ut prius confiteantur: ubi admonitio potius videtur consilium quam preceptum. Et si non est necessarium ante hoc sacramentum confiteri in quo recipitur copia gratiae: multo minus erit in alijs. Verum est, quod quia omnia sacramenta conferunt gratiam, videtur aliqua negligentia accedere ad illa sine confessione. Sed quod non requiratur confessio patet etiam quia ecclesia hoc non determinauit, nec in iure diuino habetur, ergo non

non est necessaria. Sed vnde magis habemus quod requiratur confessio ante eucharistiam, quam ante alia sacramenta? Respōdeo, quod hoc habemus ex Paulo dicente, probet autē se ipsum homo, &c. Et ex usu ecclesiæ: vbi qui non confitetur haberet conscientiam peccati mortalis. Item ex dictis sanctorū, & ex c. omnis utriusq; sexus, vbi præcipitur confessio ante pascha propter eucharistiam in eo sumendam.

SED utrum ad administrandum sacra
menta teneatur sacerdos confiteri? Resp.
quod non, quia alias sequeretur perplexi-
tas. Nam si essent decē sacerdotes omnes
in peccato mortali, quis audiret prius alte-
rius confessionem? Sed ex reuerētia quam
debemus sacramētis, cōmodum est, quod
antequā illa ministremus, vel euangelium
legamus, cōfitemur: si potest cōmodē fie-
ri. Et aliquādo negligētia cōfessionis pos-
set esse venialis, nūquam tamē mortalē: &
hoc teneatur sine quocūq; scrupulo. Adria-
nus, Palude, & Bonauētura, ponūt aliquos
casus in quibus tenetur homo statim con-
fiteri, sed ego non credo eis.

Quæ-

126

De iure humano quod se teneatur confiteri non con- QV A E R I T V R , quando tenetur homo iure humano confiteri ? Dices , quod se mel in anno , sed queror ego , quando ? nam in illo cap . omnis vtriusq ; , non determinatur tempus , ac proinde ex illo praecepto non plus obligamur confiteri in quadragesima , quam extra : & ita est . Vnde dico , quod si quis extra quadragesimam semel fuerit confessus , si poste a habuerit impedimentum sumendi eucharistiam in paschate , non tenetur confiteri in quadragesima . Et si recordetur se in confessione precedenti oblitum fuisse aliquod peccatum mortale , non tenetur illo eodem anno iterum confiteri , sed potest expectare alia quadragesimam .

127

Oblivio jus an teneat scribere peccata ad confi- rendum. S E D quid faciet obliuiosus ? an teneatur scribere peccata , vel aliter mandare memorie peccata ? Maio . 4 . d . 17 . q . 2 . dicit q sic . Ego non credo quod teneatur , immo nec laudo , quod peccata scribantur . Probo , quia non tenetur aliquis magis ad confessionem quam ad contritionem : sed ad contritionem habendam non oportet peccata scribere (sufficit in generali conteri de oblitis) ergo nec ad confessionem requiritur id . Nec enim

enim oportet iugum domini reddere gratiis, satis est quod quando confessetur debet dare operam, ut recordetur peccatorum, & aliae sunt fabule. Ita dicit Silue. (doctor non spernendus) verbo confessio. i. paragraphe. i. in fi. Et praeterea difficile est profecto quod aliquis habes curam animae suae, obliuiscatur alicuius peccati mortalis. Certe est difficile.

QVAERITVR, in qua aetate incipit obligare hoc preceptum de confessione? Videtur, quod non statim post usum rationis. Quoniam nec statim tenetur sumere eucharistiam: cum tamen etiam sit in precepto. Respondeo secundum omnes, quod statim post usum rationis tenetur confessari peccatum mortale: sed cum confessio sit sacramentum, non debet ludicrè fieri. Et si non sunt conjecturæ de usu rationis, non sunt pueri audiendi ea intentione, quasi sit ibi ali quod sacramentum: sed instruendi sunt, & docendi. Ad argumentum de eucharistia, respondeo primò, quod aliquem habere, vel non habere usum rationis non potest certò sciri, nisi quibusdam conjecturis: ideo

128
Qua a-
tate con-
fiteri te
neamur

M quādo

quando non est certum, sed habemus cōie
 & turas, quod habeat vsum rationis, tenetur
 confiteri: quia nullum est periculum, q̄ cō
 fiteātur peccata etiam ante vsum rationis.
 Ad eucharistiam autem nō dimituntur ac
 cedere quo usq; certò sciamus, q̄ habeant
 vsum rationis, propter irreuerentiam. Se-
 cundò dico quod vſus rationis non simul
 venit de omnibus rebus: potest enim quis
 cognoscere vnum, & nō aliud. Nam prius
 peruenit puer ad tempus, quo possit iudi-
 care de peccatis mortalibus: quam ad intel-
 ligendum tantum sacramentum, & q̄ ibi
 sit corpus Christi: quod tamē debet diser-
 nere qui sumit eucharistiam.

129 QVAE RIT VR, vtrū papa possit di-
 spensare in prēcepto cōfessionis? Respon-
 sū. Quia inferior nō potest reuocare,
 nec relaxare præceptum superioris, cū nec
 par in parem habeat potestatē. Cum er-
 go præceptum confessionis sit de iure di-
 uino, nemo poterit dispensare nisi solus
 Deus. Sed contrā papā potest dispēsare in
 voto simplici, vt est communis opinio: &
 tamen obligatio voti simplicis est de iure
 diuino,

diuino, ergo . Item secundum opinionem
 communem canonistarum, papa potest di-
 rimere matrimonium ratum per verba de
 præsenti (in quo etiā cōsentit Caietanus)
 ergo papa potest dispensare in iure diuino
 positiuo, quod & cōcedunt canonistæ: sed
 non ita opinor profeſtò, mittunt enim fal-
 cem in messem alienam. Ad argumentum
 igitur, potest dispensare in voto, concedo:
 & in matrimonio rato, transeat: ergo in iu-
 re diuino, distinguo consequens. Duplex
 est ius diuinum, vnum quod nō dependet
 ab actibus nostris, & in hoc non potest pa-
 pa dispensare. Alterum quod dependet ab
 actibus nostris, ita q̄ per se nō est sufficiēs
 ab obligādum sine noua nostra obligatio-
 ne: sicut est votum, & in hoc ratione illius
 propriæ obligationis quā ego superindu-
 xi, papa potest dispensare: imò & parētes
 dispensant in votis filiorum ante. 14. annū.
 De matrimonio autem rato dico q̄ est cō-
 tractus quidam: vnde si ius diuinum obli-
 garet Petrum ad accipendam Mariam in
 coniugem, papa nihil posset, sed quia ex
 actu istius pendet hæc obligatio: & ex con-

tractu humano particulari, si papa in hoc potest dispensare (de quo tamen nihil dico) est ex ea parte qua est ibi aliquid humanum: & quia præceptum confessionis est per se sufficiens ad obligandum nos, est propriè ius diuinum, ac proinde nō potest papa in eo dispensare.

QVAE RIT VR, an sit necessarium confiteri sacerdoti? Respon. q̄ sic. Probo, quia solis apostolis dictū est, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, Et quod cunq; solueris super terram, & soli Petro, pasce oves meas. Confirmatur ex vnu ecclesiæ, nam solis sacerdotibus, quando ordinatur dicuntur illa eadem verba quæ Christus apostolis dixit, scilicet, Accipite potestatē ligandi & absoluendi. Hæresis fuit Vualdensium ut refert Marsilius. 4.q.12. dicentium q̄ indifferenter poterat quilibet cōfiteri cui vellet. Dicit etiā, q̄ in aliquibus locis illi qui dānabantur ad mortē non permittebātur confiteri sacerdotibus, sed laicos, quod quidē est error intolerabilis. Sed de his in materia de clauibus dicemus.

QVAE RIT VR, vtrū venialia pos-

sint

130
Cōfessio
sacerdo
t: facie
da.

sint laicis cōfiteri? Respon. q̄ talis cōfessio
no erit sacramentalis, sed proficiet sicut cū
vnus laicus recitans cum alio horas cano-
nicas, dicit confessionem generalem. Imò
ipse sacerdos cum celebrat, absolvitur de
venialibus à laico in confessione generali
autoritate ecclesiæ, que habet potestatem
supra venialia: sicut per tunsionem pecto-
ris, vel aquam benedictam. Quia licet talis
confessio non sit sacramentum, est tamen
quoddam sacramentale.

Q V A E R I T V R, vtrū cōfessio mor-
taliū possit fieri laico? Respondet Magi-
ster senten. 4. d. 17. & S. Tho. ibidem. q. 3. & morta-
in additionibus. q. 8. art. 2. quòd in necessi-
tate, vrgente periculo mortis, cōfessio etiā pos̄it fie-
mortalium est facienda laico. Magister in
litera allegat Augustinum dicentē, Tanta
vis confessionis est, vt si deest sacerdos cō-
fiteatur proximo. Et Beda, Sed & grauiora
coæ qualibus pandenda sunt, cum deest
sacerdos & vrget periculum. Hanc opinio-
nem tenent cōmuniter ommes docto. Du-
rand. Palude, Ricard. Gabriel, Maio. Mar-
sili. Sed Scotus ibi dicit, quòd in casu licite

fit laico, scilicet quando ab eo spero consilium, vel maiorem peccatorum dolorem: sed cæteris paribus melius est non facere. Et in. 4. d. 14. art. 2. in fine dicit etiam Scotus, Dubium est an talis confessio sit detrimentū salutis, quia talis diffamat se sine utilitate, ergo nō est opus sic confiteri. Ipse libenter negaret nisi moueretur dictis sanctorum, sed plus sanctis credendum est, quā vni rationi leui. Et tenendum est omnino quod liceat confiteri laico in tali necessitate, licet hoc multum abierit à consuetudine: quam credo antiquis temporibus magis in usu fuisse. Nunc etiam sit aliquando, ut in naufragio. Ad argumentum vero Scotti, nego, quod talis diffamat se, nam etiam extra confessionem possum dicere peccatum meū: ut detur auxilium, vel consilium. At dices hoc esse verum quia sequitur inde aliqua utilitas. Dico quod etiam in confessione facta seculari est aliquavtilitas, scilicet subiectio ipsa, qua se subiicit homini laico propter Deum, est pars satisfactionis. Et etiam propter verecundiam. Si autem timeretur infamia, aut reuelatio confessionis, tunc nec

nec sacerdoti esset facienda. Sic verò hoc dicimus licitum, ut nullo modo dicamus præceptum. Vnde male summa Angelica & alij summistę imponunt magistro, & S. Tho.ꝝ dixerunt esse præceptum. Nam S. Tho. dicit, quòd potest fieri, & in solutio- ne ad primum dicit ꝝ debet fieri: sed tamē hoc verbum non dicit præceptum. Laicus autem qui sic cōfessionem audierit: nullo modo debet absoluere, quia non habet po testatē, nec possunt ei cōmitti claves: ec clesia enim non habet potestatē supra pec cata mortalia nisi per sacramēta: ideò talis non debet absoluere, sed deprecari. Si au tem de facto absoluueret, nihil faceret: sed non manet irregularis, quia cùm irregula ritas sit pœna iuris positiui, & in iure non sit expressum, ꝝ talis incurrat irregularita tem, non incurrit. Quia in cap. is qui. de sententia excommunicata. lib. 6. ponitur regula generalis, quòd nullus incurrit irregu laritatē propter quodcūq; delictum, nisi sit in iure expressum. Et ita tenet Sil uest. verbo confessor. 1. & Palude. 4. distin ctio. 17. quæst. 3.

QVAE RIT VR, vtrum confessio

Confite possit fieri cuilibet sacerdoti, vel soli pro-
ri de be- prio? Respō. q̄ solūm proprio. Patet ex.c.
mus pro omnis vtriusq; sexus, vbi hoc præcipitur.
prio sa- Item quia cum sacerdos sit iudex, oportet
cerdotti. quod habeat iurisdictionē. Si enim iudex
superior diceret alicui, yo te hago alcalde,
nihil esset nisi ei daret subditos, ergo etiā
in confessione. Potestas enim iurisdictionis
non potest esse sine subditis. Ideo opor-
tet cōfiteri proprio sacerdoti. Sed quis est
iste proprius sacerdos? Respō. q̄ papā, epi-
scopus, curatus, & quicunq; ex officio suo
habet curam animarum: siue hoc sit ex ele-
ctione, vt priores, & abbates in religione.
Superior non est ordinarius nisi mortuo
priore, vel amoto. Aliqui doctores vocant
proprium sacerdotē omnem eum qui po-
test cōfessionem audire, siue hoc faciat ex
officio, siue ex sola commissione. Sed vtrū
in absentia sacerdotis proprij, vel quando
pœnitens ex rationabili causa non vult cō-
fiteri proprio sacerdoti (excludimus om-
nia priuilegia, & loquimur stando solūm
in iure communi) liceat alteri confiteri?

V.g.

V.g. fugit proprius sacerdos tempore pa-schatis, vel in ipsa confessione sollicitat fœminam ad stuprum: petit illa licentiam, ut possit alteri confiteri, & ille non vult con-cedere: & vrget necessitas sumendi eucha-ristiam, quia eit pascha, & si non sumat ex-communicabitur, est dubium quid faciet? Respondent ad hoc multi summistæ, q̄ in tali casu manet libera ad subijciendum se cuicunq; voluerit sacerdoti, quia in dicto cap. omnis utriusque dicitur, q̄ petat licen-tiam à proprio sacerdote, & sic illa peten-do facit quod in se est, ac proinde manet li-bera. Sed hæc opinio non est secura, quia non habetur in iure: & ideo doctores qui sanius sentiunt de hoc, dicunt q̄ mulier in tali calu debet recurrere ad superiorem, & dicere q̄ non expedit sibi confiteri tali sacerdoti, & superior debet credere. Et q̄ non possit alteri confiteri sine licentia su-perioris, patet, quia mortuo sacerdote pro-prio, non posset talis mulier confiteri cui-cunq; indifferenter: ergo nec poterit in ca-su prædicto. Item si proprius sacerdos ex-communicaretur, non posset alteri confi-teri,

teri, nisi de licentia superioris, ergo nec in isto casu. Sed quid si non sit recursus ad superiorem, vel si ille neget licentiam? an licet tunc cōfiteri cuicunque? Palud.in.4. d.17.q.3.art.3.dicit, quod in tali casu potest libere cōfiteri cui voluerit. Idem Siluester in summa. Ratio Palud.est, quia ipse tenet, quod stando in iure diuino quilibet sacerdos potest quemlibet absoluere, & quod modò non possit est propter ius humanū: & cum ecclesia nō possit hoc ius statuere, ut scilicet cōfiteatur cum scandalo, sequitur, quod tunc cessat ius humanum & standum est iuri diuino. Sed verē hæc sententia est mihi multum dubia: & primò puto q̄ sit cōtra. S.Tho.4.d.17.q.3.art.2.quæstiuncula.4.ad.5.vbi ad literā proponit casum: & dicit, q̄ si superior nolit cōmittere facultatem, idem est iudicium, ac si non habeat copiam confessoris. Quod etiam dicit in additionibus quæst.8.artic.4.5. Hoc etiam Caieta. in summa verbo absolutio. Vnde propter nullum casum (excepto mortis articulo) poterit absoluere, qui ante illam necessitatem non poterat absoluere: & merito

tò quidem. Nam aliàs quilibet fingeret sibi causas alteri confitendi. Et cōsequenter dico de casibus referuatis, q̄ si superior nō vult concedere (licet male faciat) inferior non poterit absoluere. Dicit tamē S. Tho. vbi suprà ad sextum (& est notandum) q̄ male faciunt prælati qui in hoc reddunt se difficiles, & injiciunt laqueū animabus nō lentes dare licentiam absoluendi. De illo autem quod dicit Palude, q̄ stando in iure diuino quilibet sacerdos potest quemlibet absoluere, dicimus, q̄ fortè hoc est falso.

SED quid faciet pœnitens cum nō potest obtinere licetiam à superiori & instat cōmunio? Respondeo, q̄ communicet se-
Cum nō expedit
 curè & tute. Idem enim est iudicium tunc
proprio sa-
 de eo ac sic careret confessore (y vaya so-
cerdotē
 bre mi consciencia.) Sed tamen aduertant
confiters
 tales, quòd habeant rationabilem causam
quid fa-
 nō confitendi proprio sacerdoti: verecun-
 dia enim, aut timor, quòd ille malè de me
 sentiet postea, non est causa sufficiens: quia
 aliàs nemini teneretur confiteri, quia sem-
 per accidunt illa cuicunque confitearis. Si
 tamen nocuit iam mihi, vel indirecte me
diffa-

diffamauit, iam ista esset causa legitima nō
confitendi ei.

134

S E D dubitatur, an postquam talis cō-
Qui cō-
munica
uit in pa-
scha si-
ne p̄a-
ua con-
an tene
atut il-
lo anno
cōfiteri.
 municauit in paschate, absoluatur à præce-
 pto confessionis? Videtur quidem quod
 sic, quia non stetit per eum quin confitere-
 tur, cum non peccauerit nō confitendo, er-
 go. Item quia confessio videtur instituta
 fēssione, propter eucharistiam, cum ergo iam com-
 municauerit, videtur quod illo anno non
 teneatur iterum confiteri. Sed dico, quod
 adhuc tenetur cōfiteri habita opportunita-
 te, quia adhuc potest implere præceptum
 de confessione semel in anno.

135

M A I V S dubium est, an qui ex legiti-
Qui ex
causā nō
cōmuni-
cauit in
pascha,
an tene
atut po-
stēa cō-
munica
re.
 ma causa non communicauit in paschate,
 quia fuit in mari, vel in via, posteā tenea-
 tur ad cōmunionem. Palu. videtur dicere,
 quod sic: sed certè nescio quare, cum sit de
 terminatum certū tempus ad communio-
 nem & transferit iam. Item confirmatur,
 quia si ex malitia nō cōmunicauerit, post-
 eā non tenetur communicare: ergo multò
 minus si ex legitima causa non communi-
 cauerit. Consulendum esset talibus ut com-
 munica-

municarent: sed credo quod non tenerentur iam pro illo anno.

Q V A E R I T V R , an ex cōmissione 136
 proprij sacerdotis liceat cōfiteri alteri? Re *Ex com-*
spon. quod sic, vt patet ex dicto cap. omnis *missione*
utriusq;. Et sic est consuetudo ecclesiæ, & *ap. ijsa-*
vtinam non esset tanta: quia iam nullus cu- *cerdotis*
ratus audit subditos suos. Hanc autem cō- *possu-*
missionem & licentiam potest dare cura- *mus al-*
tus, episcopus, papa. Sic habetur expreſſe, *fiteri.*
de officio ordinarij cap. inter cætera . Et
qui sic conſitetur clerico ſeculari, vel fra-
tribus expositis, non tenentur iterum con-
fiteri proprio ſacerdoti: ut determinatum
eft ab Alexādro.4.& à Clemēte.4. & à Be-
nedito, & à Ioan.22. & à Calixto.

Q V A E R I T V R , vtrum qui habet 137 *An vir*
autoritatem eligendi confefforem per bul *tute in-*
las, vel alia ratione quacunq;, *possit elige-* *dulgen-*
re simplicem ſacerdotem nondum exposi *tiarū pos-*
tum ad audiendas confeffiones? Respon- *simus ele-*
deo absolute (eftò dubitent canonistæ) & *gere in*
fine quocunque ſcrupulo potest eligere *confefforē*
quēcunq; ſacerdotem, vt etiā dicit Caiet. *simplicē*
ſacerdo
in ſumma verbo absolute. Ratio eft, quia tem-
in

in hoc solo differt sacerdos habens iurisdi
ctionem à nō habente, q̄ ille habet mate
riam, hic autem non: & huic nihil aliud de
ficit ad hoc vt possit absoluere, nisi mate
ria circa quam exerceat potestatem quam
accepit, dum fuit ordinatus. Cūm ergo re
cipienti bullas detur potestas subijciendi
se cui voluerit, iam talis sacerdos electus
habet materiam & iurisdictionem circa il
lum: vnde nihil sibi deficit. Et ita tenen
dum est.

Sacer- Q V A E R I T V R , vbi potest proprius
dos pro- sacerdos audire cōfessionem, vtrum cura
prius an tus vnius episcopatus possit audire sibi sub
extra ditum in alio episcopatu? Respō. omnino
suā diæ cēsim pos quòd sic. Quia fit sine strepitu iudicij, &
fit audi nemini fit iniuria. Et idem poterit frater
re suorū præsentatus, & extra diœcesim: vt etiā de
cōfessio- terminauit Sixtus.iiij. Et sic quādo duo fra
nes.

139 tres de licentia prælati peregrinātur, pos
Copiam sunt se mutuò absoluere: etiam cūm perue
eligendi nerint ad alium episcopatum.

cōfessore S E D vtrum hanc commissionem eli
quis pos gendi confessorem, facere possit habēs cu
sit dare. ram animarum antequām sit sacerdos, vel
sacerdos

sacerdos excōmunicatus? Respon. de pri-
mo quòd sic: quia habet titulum: quāuis ali
qui dicāt q̄ illa est commissio iuris, sed ni-
hil de hoc curo. De excommunicato autē
dico quòd non potest, quia commissio illa
est actus iurisdictionis: quem nō potest ex
communicatus habere. Sed vtrum cōmis-
sio talis legitimè facta, superueniente excō
municatione cōmittentis spiret & sit nul-
la, vel an duret? Dubium est. Palud. putat
probabile, quòd durat, Quia illum actum
fecit legitimè. Et credo, quòd ita est invīsu,
quòd talis commissio valeat.

QVA E R I T V R, vtrum ratihabitio 140
 det facultatem absoluēdi. V.g. ego nō sum Antra-
 expositus ab episcopo, credo tamen, quòd tihabi-
 si adirem eum & pēterem potestatem au- tio det
 diendi confessiones daret mihi: est dubiū, faculta
 an modò possim audire pœnitentem & tem ab-
 posteā dicere episcopo ut ratum habeat soluedi.
 quod feci. Respondeo secundū quosdam, .
 q̄ duplex est ratihabitio, vna de futuro, pu-
 ta quia quando episcopus cognouerit suffi-
 cientiam meam ratum habebit quod feci,
 & hæc ratihabitio non sufficit: & in hoc
 omnes

omnes cōueniunt. Quia essentia sacramen-
ti non pendet ex aliquo futuro: ac proinde
ratihabitio non potest validare aut inuali-
dare sacramentum. Alia est ratihabitio de
præsenti, puta quia episcopus de præsenti
vult ut audiam: licet nihil mihi dixerit, sed
ego scio eius voluntatem, & hæc ratihabi-
tio dicunt aliqui quòd sufficit. Quia epi-
scopus committit vicem suam per volun-
tatem. Ego nescio an hoc sit securum, nam
quanuis iudex ecclesiasticus liberè exer-
ceat suam iurisdictionem, tamen quia hæc
potestas est in foro ecclesiastico, videtur
quòd nō possit exercere illam iurisdictionem,
nisi actu exteriori: sicut non posset
episcopus, actu interiori excommunicare,
vel absoluere aliquē: ut tenet probabilior
& verior opinio. Si ergo hoc verum est
(ut ego credo) sequitur q̄ per solam com-
placentiam episcopus non potest cōmuni-
care suam potestatē: cum hoc sit vti iurisdi-
ctione. Sic igitur si per ratihabitionem de
præsenti, intelligamus complacentiam vir-
tualem, puta quia si nunc diceretur episco-
po placeret ei: dico certè quòd talis ratihab-
itio

bitio non sufficit. Si autem signis exterioribus episcopus alias ostenderet: ut si dixit, gauderem quod talis audiret confessio nem, dico quod videtur mihi quod talis rati habitio sufficiat. Exemplum: clerici seculares habent hanc libertatem, quod indifferenter cōfidentur quibuscumq; non ex iure diuino, nec ex cōmissione papæ, sed quia prælati hoc vident, & sciunt & tacēt, quod est quoddā exterius, & hoc sufficit. Et sic in proposito dico quod sola rati habitio de præsenti, ostensa signis exterioribus sufficit ad confessiones audiendas.

SE D quæritur in particulari, quis fit pro prius sacerdos? Respon. quod proprius sa- 141
Quis fit
 cerdos papæ est ille, qui ipse elegerit, qui *proprius*
 habet potestatem absoluendi eum ab ipso *sacerdos*
 met papa. Et qui sunt de familia papæ, ha-
 bent pro confessore ipsum pœnitentiariū.
 Cardinales qui non sunt episcopi, nullum
 habent à iure, sed ex consuetudine: nec sub
 sunt curatis, nec episcopis, sed papæ. Et eo-
 rum familia (etiam de consuetudine) non
 subest ordinarijs, sed illis quibus cardina-
 lis voluerit. Cardinales verò episcopi: &

N omnes

DE CONFESSiONE.

Omnes episcopi, archiepiscopi, & patriarchæ habent à iure potestaté eligendi quæcunque voluerint, & etiam familiæ eorum. Sed quādo sunt extra dioceses suas, dicūt, summistæ, q̄ non possunt prouidere familijs suis, q̄ confiteantur cum quibus voluerint: nescio de hoc. Sed iam sunt tot bullæ quòd non est opus horum. Sed quid de curato? Dico quòd quando in vna parochia sunt duo vel plures ordinarij, stando in iure diuino quilibet est eius sacerdos. Si verò fuerit unus, habet pro ordinario solum episcopum. De consuetudine autem semper curati confitentur cui volent. Sed contraria, quia in cap. si episcopus, de pœnitentiis & remissionibus libro. 6. dicitur expresse quòd nulla consuetudine introduci potest quòd quis eligat sibi confessorem sine superioris licentia. Cùm igitur curati, à iure non habeant tales facultatem, ergo nec possunt habere eam à consuetudine. Sed dicto quòd eorum confessio est rata, & valida. Quia habent facultatem à prælatis viuentibus, & tacentibus ac per hoc consentientibus. Vnde si episcopus eis hoc prohiberet,

beret, nō possent sine dubio facere. Vtrūm autem curatus possit eligere fratrem siue sacerdotem nō confessorem? Respondeo, q̄ sic sine dubio. Quia iam talis sacerdos secularis habet talem licentiam ab episco-
po, vt cōfiteatur cuicunq; voluerit.

DE secularibus nihil prorsus est in iu- 142
re: sed de vagabundis (mudauientos) qui ^{Itinerā} semper ambulant, dico q̄ tales qui nullibi ^{tiū} habitant, confiteantur cuilibet confessori: ^{peregrin-}
quia non est maior ratio de vno quam de ^{norū} alio. De alijs qui quærunt sibi domicilium ^{fit p̄p-} & nondum statuerunt vbi pedem figant, ^{us con-} fessor. idem est iudiciū, sicut de vagabundis. Nec quantum ad hoc oportet respicere vbi ho-
spitentur: non enim tenentur confiteri pa-
rocho illius parochiæ. De peregrinis verò
qui veniūt ab alijs locis, vt viatores, & mer-
catores, &c. Dicendum, q̄ si habeant ex-
pressam licentiam peregrinandi à suo pro-
prio sacerdote (sicut aliquando fuit cōsue-
tum) iam possunt eligere sibi quēcunque
confessorem ex licētia interpretatiua pro-
prij sacerdotis. Sed si nō habeant licentiā,
vt mercatores qui habent alicubi habita-

tionēm animo manendi quinq; vel. 6. mēni
fibus, dico, quōd debent confiteri proprio
sacerdoti ad cuius parochiam pertinet do-
mus quam inhabitant. De viatoribus autē,
& peregrinantibus sine licentia suorum sa-
cerdotum ordinariorū, dico qđ debent cō-
fiteri in ecclesia cathedrali, & non possunt
eligere confessorem ad libitum, si non ha-
beant aliam autoritatem, aut facultatem.
Reliqua vide apud summistas.

¹⁴³ *In arti-
culomor-
tis, an
quilibet
possit à
quolibet
sacerdo-
te absol-* Q V A E R I T V R, vtrum in articulo
mortis quilibet possit absolui à quilibet sa-
cerdote? Respon. quōd si proprius sacer-
dos sit ibi, vel possit facile haberi, non po-
test nisi ab eo absolui, capiendo largè pro-
prium sacerdotem. Sed si proprius sacer-
dos non sit præsens, quilibet potest absolu-
uere. Hoc habetur exprestè cap. eos de sen-
tentia excommuni. lib. 6. Et extrā de furtis
cap. fures. Et de officio ordinarij, cap. pa-
storalis. Et ita tenēt omnes communiter.
Patet etiam ex vniuersali consuetudine ec-
clesiæ. Quando enim papa, vel episcopus
referuant aliquem casum, semper dicunt,
nisi in articulo mortis: ubi etiam possunt
absolui

absolui non solùm à peccatis, sed etiā à censuris. Vtrum autem sit de iure diuino, q̄ in tali casu possit quilibet quemlibet absoluerre, parum interest. Palu. 4. d. 20. q. 1. art. 2. ad 1. dicit, quòd est de iure diuino. Maio. q̄ de iure positivo, Capre. d. 19. q. vñica, & Durandus, dicūt cum Palude, & quòd papa non potest hoc impedire. Probabile est vtrūque, probabilius tamen puto quòd est de iure positivo.

QVAERITVR, an confessio in formis (i. in qua propter aliquod impedimentum non confertur gratia) teneat, & sit *vñia confessio in lida*: & per consequens non iteranda? Est *questio ardua, & de qua plurimum nostra interest, tractaturque à docttoribus. 4. d. 17.* & ibi à S. Tho. q. 3. & in additionibus. q. 9. art. 1. Respódeo q̄ de hoc sunt duæ opiniones extreme, & vna media. Opinio prima est Maio. 4. d. 17. q. 3. 1. & q. 9. dicētis, quòd omnis confessio informis est iteranda, vel si non fuit *integra*, vel si habuit defectum contritionis. Secunda opinio extrema est Bernardi de Ganaco in impugnationibus Gotfredi quodlibeto. 5. q. 14. vbi ait, quòd

N 3 si

si confessio fuit integra & ex quocunque
 defectu non detur gratia, non est iterada,
 sed erit valida, & verum sacramentū: etiā si
 placeat peccata præterita & proponat am-
 plius peccare: quia ibi est materia & for-
 ma. Alia est opinio mediaverisimilior: quā
 tenet Capre. d. 17. q. 2. & Caieta. in quæst.
 quam de hoc facit, & in summa. Oportet
 igitur hīc vitare duos errores extremos.
 Primus, nulla cōfessio informis est iteran-
 da: est error intollerabilis. Secūdus, omnis
 confessio informis est iterada. Nam si hoc
 esset verum, cum homo nō possit esse cer-
 tus, an confessio sit integra, oportet in in-
 finitum confiteri: & nulla est tranquillitas.
 Cūm igitur aliqua cōfessio informis sit ite-
 randa, & aliqua non: ad quærēdum quæ sit
 valida, & quæ non, non est attendendum,
 an sit informis vel non: sed debemus respi-
 cere ad causas informitatis. Item notandū,
 q̄ causæ informitatist enent se ex parte pœ-
 nitētis, supposito q̄ sacerdos sit legitimus.
 Duo autem sunt actus pœnitentiis ante ab-
 solutionem, scilicet cōtritio & confessio,
 & ex his duobus debet prouenire informi-
 tas.

tas. Si igitur sit informis quia ex intentione non est integra, confessio non est valida, sed est iteranda: & in hoc omnes conueniunt. Si verò sit informis ex defectu contritionis, siquidem nullum dolorem habet nec aduertit, dico q̄ talis confessio est nulla, ac proinde iteranda. Quia est inutilis non propter defectum contritionis, sed quia non est vera confessio. Nam cùm confessio sit pars sacramenti pœnitentiæ, & pœnitentia dicat detestationem, oportet quod ipsa confessio sit detestatio: & quia talis solum recitat peccata sua alteri, non confiteritur, sed simulat se confiteri, & nouum peccatum incurrit. Si verò habeat dolorem, sed tamen imperfectum: vel ille percipit se non habere sufficientem dolorem, vel non percipit. Si pœnitens nō percipiat, dico q̄ talis confessio est valida, ac proinde nō iteranda. Et hoc est notandum ad tollendos scrupulos. Si autem percipiat imperfectionem doloris, vel aduertit esse peccatum confiteri cum illa imperfectione doloris, vel non. Si secundum, talis confessio est valida, quia integra ex intentione. Si verò ad

uertat esse peccatum sic confiteri, & confiteatur imperfectionem illam doloris, etiā talis cofessio est valida: quia est integra & vera. Si autem percipiens se nō habere perfectum dolorem, & intelligens illud esse peccatū & fictionem, non confiteatur de illo, dico q̄ talis cōfessio est inualida & iteranda, quia est dimidiata ex intentione.

145 S E D vtrūm sacerdos beat absoluere.
*an do
lens im
perfeclē
fit ab sol
uendus.* re eum qui imperfecte dolet, & cōfitetur illam insufficientiam doloris? Et videtur q̄ sic, quia talis confessio est valida & non iterāda secūdūm. S. Tho. & Caieta. & omnes: si autem nō absoluatur est iteranda, ergo. Respōdeo q̄ sacerdos nullo modo debet talem absoluere. Patet manifeste, quia esset fictio in absolutionē, quia ibi non remittuntur peccata: & tamen sacerdos dicit, ego remitto tibi peccata. Item talis sacerdos absoluuit autoritate Dei, sed Deus non absoluuit, ergo nec ille debet absoluere. Itē qui scit imperfectionem doloris sui, peccat peccato sacrilegij petēdo absolutionē, ergo multò magis sacerdos absoluens. Sed contrā, quia sic confitentur omnes, q̄ non habet

habent dolorem sufficientem. Respōdeo q̄ ita cōfidentur propter suspicionē quam habent. Si autē scirem me imperfecte dolere, nec deberem petere absolutionē, nec sacerdos deberet absoluere. Confessio autem quæ secundum S. Thom. est valida & non iteranda, est quando non percipit imperfectionē doloris & absoluitur, vel quādo de facto absoluitur à sacerdote sciente imperfectionem doloris eius.

Q V A E R I T V R, vtrum oporteat, q̄ confessio sit integra? Respon. ex sententia omnium quòd sic, aliàs est inualida sacrilega, & iteranda. Probat. S. Tho. quia sacramentum pœnitentiæ est quædam medicina contra morbum: at medicus nō potest conuenienter admouere medicinam nisi intelligat totū statum infirmi. Si enim habet dolorem splenis, & iecoris, & medicus intelligat primum solum, poterit applicare medicinas quæ noceant iecori. Et idem de medicina spirituali cōfessionis, &c. Itē probatur ex vſu ecclesiæ, nullus enim sacerdos audiret dimidia peccata. Irem quia sacerdos absoluit autoritate Dei, Deus autē

¹⁴⁶
Cōfessio
an inte
gra esse
debeat.

non

nōn absoluīt ab vno & non ab alio (impiū
enim est à Deo sperare dimidiā veniam)
ergo. Item confessio dimidiata est contra
formā absolutionis, qua dicitur, ego te ab-
soluo ab omnibus peccatis tuis, ergo. Item
Augustinus dicit q̄ est hypocrita, qui non
cōfiteatur omnia peccata, ergo. Hæc cōclu-
sio est inuiolata & q̄ ab omnibus tenetur.

147 SED quid si confessio sit dimidiata ex
Cōfessio *negligentia*, quia non fecit sufficientem in
ex negli *dagationem?* Respondeo q̄ si ex industria
gētia di *mīdia-* fuerit negligens, vel si ita contēnat ut qua-
ta, an sit si ex industria nolit examinari: sicut qui
resterā- per vnu annum integrū non est confessus,
da. & accedit ad cōfessionē sine aliqua exami-
natione, volens quidē q̄ omnia venirēt ad
eius memoriam: talis cōfessio est nulla, ac
proinde iterāda. Si verò omiserit aliquod
peccatū, putās se fecisse sufficientē indaga-
tionē, etiāsi illa ignorātia fit culpabilismor-
taliter, confessio est valida, & nō iteranda.

148 Q V A E R I T V R, quæ diligentia re-
Examī quiritur ad examinandum conscientiam?
natio cō Respon. q̄ raro continget, quod velit quis
Scientiē examinare conscientiam suam & putet se
fecisse

fecisse sufficientem diligētiā quin fece- *ad confessio-*
rit diligentiam. Quādō est mihi probabi- *le, quod satis est quod feci: oblitio peccati* *quantas diligētia fa-*
non erit culpabilis, mortaliter saltem. Re- *cōscientiæ est idem quod de confessio-*
spondeo, quòd præceptum de examinatio- *ne, & de integrè confitendo, & quia ne-*
ne cōscientiæ est idem quod de confessio- *mo integrè confiteretur si non examina-*
ne, & de integrè confitendo, & quia ne- *ret se, tenetur examinare: & non exami-*
mo integrè confiteretur si non examina- *nans, peccat cōtra præceptum cōfessionis.*
Et cūm non sit peculiare præceptū de ex-
aminatione, videtur q̄ non tantum tenea-
tur ad illā sicut si fuisset particulariter præ-
cepta: maior enim diligētia requiritur cir-
ca finem quam circa medium. Satis est er-
go q̄ faciam diligentia moralem: sicut nec
teneor scribere peccata, ut recorder eoru.
Si autem particulari præcepto teneretur
recordari peccatorū, teneretur etiam scri-
bere. Dico igitur, quod postquam quis vo-
luit adhibere diligentiam, & fecit aliquam
examinationē, quam putauit sufficien-
tem: credo quòd raro talis committet ne-
gligentiam. Dico præterea q̄ quando ego
puto, quod per paruam diligentia ulterio-
rem

rem veniam in cognitionem peccatorum
præteriorum, si non fecero illam, nō erit
sufficiens examinatio. Sufficit autē taliter
examinare, quòd etiam si amplius exami-
nassem per aliquod aliud tēpus, non recor-
darer aliorum. Et hæc sufficit. Credo q̄ vi-
ri qui habent animæ suæ curam, nunquam
deficiunt in examinatione cōscientiæ suæ.
Ex hac cōclusione qua diximus q̄ confes-
sio non integra ex negligentia examinatio-
nis, non est valida: sequitur quòd cōfessor
non debet audire eum qui nō fecit exami-
nationem, maximè si sit de numero eorū
qui non confitetur nisi semel aut bis in an-
no. Satis est tamē quòd adhibuerit aliquā
diligentiam, nec eum qui dicit se aliquam
fecisse debet confessio repellere.

149 Q V A E R I T V R, qui habet peccata
Reser- reseruata, & etiā non reseruata, quomodo
uatos ca poterit confiteri, maxime si superior nolit
sus ha- audire nisi reseruata? De hoc casu fuit mul-
bens, an ta contentio apud doctores, quorum opi-
dimis- nionibus dimissis, dico q̄ si iudex superior
bit con- fessionē. & inferior sint præsentes, inferior non po-
test absoluere à nō reseruatis: nisi priùs pe-
tatur

tatur facultas absoluēdi à reseruatis. Quia
integritas confessionis est de iure diuino.
Cū ergo ille pœnitens habeat copiā con-
fessoris cui potest integrè confiteri, nō po-
test inferior diuidere absolutionē. Sed su-
perior audiat omnia peccata, vel det facul-
tatem absoluendi à reseruatis. Hoc Adrianus.
q.4.de confessione. Et Durandus.4.d.
17.q.15.cōtra Caietanum. Et si superior so-
lūm absoluat à reseruatis, talis absolutio
non est sacramentalis, sed solūm à césuris,
& datur facultas inferiori vt absoluat ab
omnibus peccatis. Si autem superior ab-
sens fit & non pateat facilis aditus ad eum,
& instet tempus celebrandi, inferior absol-
uat à non reseruatis, & pro reliquis expe-
ctet absolutionē superioris: nisi illis sit an-
nexa aliqua excōmunicatio reseruata: vt
in casibus bullæ de cœna domini: tunc e-
nim non debet absoluī à nō reseruatis. Et
hæc est contra Adrianum, & Durandum.
Et in hoc casu intelligo. D. Tho. loqui in
additionibus.q.9.art.2.ad.4.Sed quid facié-
dum quando superior non vult cōmittere
facultatem absoluendi à reseruatis, & non
expedit

expedit confiteri eidem? vtrum inferior possit tunc absoluere a reseruatis? Respon. quod iam supra dictum est, quod in quocumque casu potest quis licite non confiteri superiori, licet accedere ad sacramentum eucharistiae, si superior nolit committere facultatem absoluendi: nihilominus inferior non potest absoluere a reseruatis. Poenitens tamen poterit accedere ad eucaristiam ita bene ac si esset decies absolutus. Quia in tali casu est censendus non habere copiam confessoris. Tamen habita oportunitate tenetur confiteri de illo peccato. Videat tamen poenitens ut iam diximus, quod habeat sufficientem causam non confitendi

150

An in proprio sacerdoti.

pleatur QVAE RIT VR, vtrum per confessionem non integrum, vel alias informem ptum ec^s satisfiat praecepto confessionis? Durand. 4. cl^sie de dist. 17. q. 14. & 15. dicit duo. Primū, in quocumque casu confessio non est iteranda, ad impletur praeceptum de confessione. Quia informē ecclesia non obligat ad faciendum opera in aut non gratia, sed ad substantiam actus. Et de hoc integrā nemo dubitat. Secundum, in quocumque casu confessio

confessio non sit valida, non adimpletur præceptum de confessione. Patet in dicto cap. omnis vtriusque sexus, debet confiteri omnia peccata, & pœnitentia imposita, &c. Clarum est quòd si non impletur præceptum, confessor non debet imponere pœnitentiam nec pœnitens tenetur acceptare, quia non est ibi sacramentum. Sed dubia est mihi hæc propositio, cum ecclesia vel non possit obligare, vel nō obliget ad actum interiorem: & iste confiteatur omnia peccata sua, etiam si non habeat dolorem, si confiteatur hoc ipsum quòd nō habet dolorem, siue absoluatur, siue non, credo quòd satisfacit præcepto ecclesiæ: ego certè non damnarem talem.

Q V A E R I T V R, an confessio dimidiata in necessitate sit valida? V.g. Percus-
sus est aliquis letaliter, & habet centū pec-
cata, incipit cōfiteri, & postquam dixit de
cem, moritur vel impeditur: an talis possit
absolui? Certè dubitari posset, sed probabi-
lius puto, & magis pium quòd sit cōfessio
totalis & valida. Si enim damus confessio-
nes dimidiatas propter obliuionem, vel
propter

propter casum referuatum: quare non dabitur etiam propter impotentiam istius, proderit ergo illa confessio & ex attrito faciet contritum.

152 Q V A E R I T V R, vtrum virtute ab.

Peccata solutionis remittantur peccata etiam non
nō cōfes confessa in particulari? Respō. q̄ sic omni.
fa an re no, eadem ratione, si ex opere operato ha.
mittan bet absolutio remittere peccata, nō est du.
tur in cō bium quin remittātur isti, quia confitetur
fessione. modo quo potest: sicut de peccato dubio
 de quo confiteor cum dubitatione, remit.
 titur mihi, esto illud fecerim. Et confirmā.
 tur, quia aliās frustra esset confessio in ge.
 nerali, accuso me de alijs quorum memo-

153 An in riam non habeo, cuius contrarium habet
cōfessio- communis vſus piorum hominum.

nibus ge **Q V A E R I T V R,** vtrum liceat in con.
nerali- fessionibus generalibus de peccatis aliās
bus, li- confessis, dimidiare confessionem, & di.
ceat di- mittēre aliquod turpe dicēdo reliqua? Vi.
militare detur quidem quōd non, quia integritas
cōfessio confessionis est de iure diuino, ergo nō li.
nem de cet celare aliquod peccatum? Respondeo,
peccatis cōfessis, quōd non licet celare aliquod peccatum
mortale:

mottale: & si celatur non est confessio, sed fictio circa materiam principalem sacramenti. Non est dubium quin si quis velit generaliter confiteri, & dicat sacerdoti quod vult generaliter confiteri de omnibus peccatis suis, si celet aliquid, peccat mortaliter: quia est fictio manifesta circa principalem materiam sacramenti, & mentitur per niciose, & decipit confessorem. Dico tamē quod pœnitēs potest ex peccatis iam confessis eligere aliqua quę confiteatur aliquibus pretermisis, si nō decipiatur confessorem dicens illa esse peccata totius vitæ suæ. Nec ad confessionem generalem requiritur tāta cōscientiæ examinatio: & cōsequenter potest fieri per plures dies, ut scilicet hodie confiteatur quinque peccata, cras sex, &c.

Q V A E R I T V R, vtrum ex defecitu satisfactionis, puta quia non impleui pœnitentiam mihi iniunctam à confessore, sit iteranda confessio? Multi summistæ tenent quod est iteranda, inter quos Silvester verbo confessio primo. parrapho .3. Quia quomodo imponet pœnitentiam oblitam vel neglectam, qui non audierit de novo pecca-

O tum.

154

An qui non ipse uit pœni tēmā te neatur iterare confessio nem.

tum. Siluester allegat Ricardū pro se quē nō vidi nunc. Allegat etiam Palud. sed potius videtur tenere oppositum. Respōdeo igitur ad quæstionem sine quocūq; dubio & scrupulo absolutè, quòd talis confessio nō est iteranda propter pœnitentiam oblitam, vel ex malitia negligētam. Patet, quia cōfessio præcedens fuit iam valida, & per consequens fuerūt remissa peccata: ergo quicquid posteā sequatur, nō efficiet eam inualidā ac iterādam. Et ita tenet Maio.4. d.17.q.6.dubio vltimo. Dicemus tamē aliquid de hoc in materia de satisfactione.

155

An qui QVAE RIT VR, vtrūm si aliquis cōfirmeatur sacerdoti ignorantī quod sit peccatum mortale (sunt enim aliqui in mundo) *confiteatur sa-* teneatur iterare cōfessionem? Respon. pri
cerdoti mō, quòd si pœnitens est doctus quantum
ignorati satisfa ad hoc quòd scit quale sit mortale, & qua-
satisfaciat præ le veniale parum refert qualis sit cōfessor,
cepto. doctus scilicet, an indoctus, nec tenetur ite-
 rare confessionem. Verum est tamē quòd si cognosceret confessorem nescire discri-
 nere inter peccatum & peccatum, debet il-
 lum instruere dicēs, hoc non est mortale,
 hoc

hoc sic, alias cōfessio nō esset validā. Nam si ego diterem, ego occidi hominem, sed bene feci, quia ille occiderat patrem meū, non esset confessio . Sic quoque confessio non est quādō confessor audiēs non intel-
git esse peccatū mortale. Si verò tam pœ-
nitens quām cōfessor ignorēt, si ista igno-
rantia sit circa ea quæ cōmuniter ignoran-
tur, talis non impedit: nulli enim contin-
git inter omnia peccata scire de quolibet,
an sit mortale, vel non. Si autem ignoran-
tia sit tanta q̄ sit eorum quæ à paucis igno-
rantur (vt quòd iuramētum falsum, vel q̄
vindicare se de iniuria accepta nō sint pec-
cata) crederem profectò q̄ teneretur ite-
rare confessionem. Quia confessor nō in-
telligit peccata illius, ergo ille nō confite-
tur. Nam quomodo imponet pœnitentiā.
aut quomodo absoluet eum? Et hæc est cō
munis opinio. Non oportet tamē formare
nouos scrupulos, nam raro contingit talis
sacerdos confessor. Satis est enim quòd
confessor sciat communia scilicet homici-
dium, furtum, &c. esse peccata, & quòd
sciat dubitare.

O 2 Sed

156 SED quæritur, an si cōfessor alioquin
Confesso sapiens, non aduertat ad peccata pœnitentia-
re nō ad uertēte tis, confessio sit valida? Respondeo, quod
ad pœni- fine dubio ex quacunque causa confessor
tētis pec- non aduertat peccata pœnitentis, cōfessio
cata, an est iteranda. Sed tamen pœnitens potest
iterāda ignorare inuincibiliter an confessor audie-
rit, vel non. Si tamen constaret aliquo pa-
sit con- sto, quod confessor, vel nō audiuit, vel nō
fessio. intellexit peccata, omnino tenetur iterare
confessionem: quia prior fuit nulla.

157 QVAERITVR, an liceat confiteri
Peccata peccata semel confessa, & si fiat, an confes-
semel cō- fio secunda fit sacramentum? Respondeo,
fessa, an q̄ de hoc sunt opiniones. Scotus. 4. d. 18. ad
possumus primum dicit, q̄ sic, hoc est quod talis con-
iterū cō- fessio est valida, & meritoria: sed tamēbi
fuerit. non est sacramentum, aut aliqua virtus clau-
uium, quia non potest eadem forma repli-
cari super eandem materiā: impossibile est
enim ut eadem forma informet pluries eā
dem materiam. Item iudicium semel rite
factum non potest infringi, ergo nō debet
iterari (como se puede pleytar vna sente-
cia en grado de reuista confirmada?) Con-
trarium

trarium tenet. S. Tho. Bonaventura, Mar-
filius, Gabri. Alexand. & Maio. & omnes
quos mihi contingit videre. Et probatur,
peccata oblita sunt absoluta sacramentali-
ter, & tamen cum veniunt ad memoriam
sunt necessariò confitēda, & debēt homo
ab illis absolui: ergo non inconuenit quod
quis absoluatur bis ab eodem peccato. No-
ta igitur pro hac opinione, quod potestas
clauium data est ecclesiæ ad remissionem
peccatorum nō solum ad remissionem cul-
pæ, sed etiam ad remissionē pœnæ. Cum
ergo illa potestas maneat in ecclesia post
primam absolutionem, & remanet etiam
reatus pœnæ in eo qui iam est confessus, se
quitur quod secunda confessio valebit ad
remissionem peccatorum & pœnæ. Maxi-
mum argumentum pro hac parte est con-
suetudo bonorum, qui s̄epe cōfidentur ea-
dem peccata. Et ad argumentum Scoti, ne
go quod eadem forma non possit replica-
ri super eandem materiam: nam cum eadē
aqua possum baptizare centum. Item illo
dato, peccata sunt materia remota, sed pec-
cata confessa sunt materia proxima: vnde

Si in eadem confessione absolueretur bis,
absolutio secunda nihil omnino valereret.
Sed in pluribus confessionibus quare non
erit valida?

158 QV AER IT V R , an possit aliquis
Confiteri confiteri absenti sacerdoti per nuncium,
^{per nun}
^{cū, an}
^{su licitū} puta quia est in carcere & nō datur aditus
 sacerdoti? Respond. quòd nullus tēnetur
 isto modo confiteri. Quia forum cōfessio
 nis debet esse secretum, & nemini tenetur
 homo reuelare peccata nisi sacerdoti. Se
 cundò dico (licet Palude videatur dicere
 cōtrarium. 4. dist. 17. q. 2.) quòd non est li
 citum hoc modo confiteri, nec talis cōfes
 sio si fiat potest esse sacramentalis, nec sa
 cerdos potest talesm absoluere : nec est ra
 tioni cōforme. Quia confessio debet esse
 forum secrētissimum: nam licet non sit de
 essentia cōfessionis q̄ sit secreta, tamē quia
 sacramenta non sunt cōtra legem naturæ,
 secundum quam nō licet publicare pecca
 ta, idcirco confessio fit secreta, & nō ratio
 ne clauim. Ratio igitur quare talis nō po
 test absolvi est, quia re vera nō confitetur,
 confitetur quidem internuncio: internun
 cius

cius tamen non confitetur, sed est testis. In foro contentioso sufficeret illud, quia non posset retractari, & si retractaret, non crederetur. In confessione verò sic, quia semper manet libertas ad confitendum: quando enim nūcius loquitur sacerdoti, potest pœnitens se retractasse, ac proinde nō potest absolui: nec confiteri modo prædicto. Non dubito de hoc.

QUÆRITVR, an per interpretē possit quis cōfiteri sacerdoti præsenti. Re-

159
Cōfessio
an fierē
possit p
interpre
tem.

spond. primò sicut ad dubium præcedens, q̄ homo nō tenetur sic confiteri. Quia nō tenetur prodere peccata sua, in tali autem casu manifestat ea interpreti, ergo non tenetur. Secundò dico q̄ potest licite eo modo confiteri. Sed contra quoniam talis nō confiterur sacerdoti, sicuti dicebamus de eo qui confitetur per internuncium, ergo talis confessio nō est valida. Respon. q̄ est differentia clara. Quia quādo internūcius refert peccata sacerdoti, pœnitēs se habet merē negatiuē, & non est præsens. Per interpretē autem signo & nutu actualiter ostendit pœnitens, q̄ ipse dicat sacerdoti

quod interpres dicit: & sic est verum sacramentum. Et interpres omnino tenetur occultare peccata quæ audiuit.

160 Q V A E R I T V R , an aliquis possit cōfiteri per scripturam, maximè quando non potest voce? Palude. 4.d.17.q.2. & Maio. 4.d.17.q.1. dicunt quòd si sacerdos sit præsens, qui non potest voce, tenetur scriptio confiteri. Sed dico cum Caietano, Scoto, & Ricardo, q̄ talis nō tenetur sic cōfiteri. Quia nemo tenetur prodere peccata sua extra confessionem, talis autem proderet peccata: quia ex natura rei scriptura manet transacta confessione, ergo non tenetur: præcepta enim Christi debent esse suavia. Sed vtrūm possit confiteri scripto, dubiū videtur. Nam scriptura & nuncius in hoc conueniunt, quòd scriptura non est cōfessio, quanuis posset qui dat scriptum annue re quòd confitetur illa peccata scripta, & iam videtur quòd esset idem iudicium sicut de confessione per interpretem quæ est vera confessio. Et tandem ita credo & teneo q̄ licet tunc sit scripto, si signis annuat quòd confitetur illa. Sine necessitate vero

verò à potente loqui non reciparetur talis confessio. Quia inter signa voces obtinuerunt principatum, & magna irreuerentia esset confiteri scripto. Muti autē si possunt cōfiteri nutibus non manifestādo alijs peccata, tenentur confiteri. Caieta in summa, ponit modum quo tales possent cōfiteri. s. ut peccata scribātur invna charta, & in alia numerus peccatorū, &c. Sed credo q̄ non tenetur illo modo cōfiteri meo iudicio.

161

Q V A E R I T V R, vtrum quis teneatur eo modo confiteri circumstantias peccatorū, quo reuelentur cōsortes? V.g. com misi incestum cū matre, curatus cognoscit me & matrem meam, an teneat cōfiteri illam circumstātiā, cum qua:quæ quidem non potest dici sine reuelatione personæ confortis in criminē? Respondeo ex sentiā omnium, q̄ talis tenetur querere alium confessorem qui non cognoscat matrem, quia multum noceret matri talis cōfessio: ac proinde nimis cauere debent pœnitentes ne in confessionibus aliorū peccata detegant. Si verò non inueniatur confessor ignorans ralem personam, dico (quanuis aliqui

*Confor-
te pecca-
ti an pos-
simus re-
uelare
in cōfes-
sione.*

aliqui voluerunt dicere quod tunc non te
netur dicere illam circumstantiam personæ
ex sententia S. Tho. Bonaventuræ in. 4.d.
21. & Gabrie. 4.d. 17. q. 1. cōclusione. 5. quod
talis tenetur confiteri circumstantiam illā,
& omnes alias circumstantias necessarias:
esto confessor veniat in notitiā tertiarē per-
sonæ. Quia præceptum de confessione est
maiis quam præceptū de seruāda fama al-
terius, & ego vtor iure meo : maximè quia
non diffamo consortem, cùm sacerdos te-
neatur peccatum meū & suum æquè cela-
re. Imò Bonauētura dicit, q̄ si sacerdos sit
talis de quo æstimatur q̄ non nocebit, sed
proderit, pœnitens posset ei dicere perso-
nam etiam si aliæ nesciret, vt adhiberet
medium.

162 QVAERITVR, quæ circumstantie
Circun- sint necessariò confitendæ? Respon. q̄ tri-
stantie plices sunt circumstantiæ. Quædam minu-
peccato tes peccata, aliæ quæ grauant peccata, aliæ
rum. verò quæ nec grauant, nec minuunt, quas
quidem antiqui non vocant circumstantias:
vt si peccavi noctu, vel in die, & propter-
ea istæ dimittantur. Primæ circumstantiæ
si ta-

si tales sint, quod faciant ex peccato mortali veniale, vel ex peccato non peccatum, confitendae sunt necessariò; alias esset mendacium. V.g. participare cum excōmunicato est mortale, si quis autem cum negligentia veniali communicet in diuinis: illa circumstantia ignoratię reddit peccatum veniale, & ideò est confitēda. Vel si rex excommunicatus metu mortis compelleret me celebrare coram eo, talis circumstantia videtur facere de peccato nō peccatum, & ideò est necessariò confitēda. At si huiusmodi circumstantiae quae non tantum excusant, quod faciat mortale veniale, vel peccatum non peccatum: ut egestate furari, passione mœchari, dicunt aliqui quod esset melius quod non confiterentur. Sed dico, quod si vere sint circumstantiae quae multum excusant, debent confiteri. Quia unum furium potest esse in duplo peius quam aliud, & stuprum ex libidine multò peius est quam ex timore mortis. Tales igitur circumstantiae confitendae sunt, non ad excusanda peccata delicta, sed ad confitendum ea pure & nude.

Sed

SED tota difficultas est de circunstan-
Quæ cir- tijs aggrauantibus, quæ quidem sunt in du-
cunstan- plici differentia. Quædam enim mutant
tiae confi- speciem: sicut furari vel occidere in eccl-
tenda. esia, fornicari cum virgine, vel fornicari in
eccl esia: est dubiū an tales sint necessariò
confitendæ? Respondet S. Tho. 4.d.17. &
Bonauen tu. Palude, Siluester, & est com-
munis sententia, q̄ illæ circumstantiæ quæ
mutant speciem sunt necessariò confiten-
dæ. Quia peccatū habens illam circumstan-
tiā, æquivalēter est duo peccata. Furtum
enim per se est peccatum, & iniuria eccl-
esia est etiam peccatum per se, & ideo fur-
tum in eccl esia æquivalet duobus pecca-
tis, & ob id est necessariò talis circumstan-
tia confitenda. Item fornicatio est pecca-
tum, & iniuria viri est peccatū, & ideo for-
nicatio cū vxorata æquivalet duobus pec-
catis, ac proinde talis circumstantia est ne-
cessariò confitēda: & sic de similibus. Item
probatur per illa peccata franguntur duo
præcepta eccl esie: furtum enim in eccl esia
est primò contra præceptum de nō furan-
do, & etiam contra præceptum cultus dini
ni,

ni, ergo circumstantiæ istæ sunt necessariò confitendæ. Aliæ verò sunt circumstantiæ aggrauantes quidem, sed nō mutantes spe ciem, & tales non sunt necessariò confiten dæ: quia aliàs nunquam posset homo purè & integrè confiteri. Marsil. 4. d. 12. & Ga briel. 4. d. 17. & Maio. ibidem dicūt primò quod omnes circumstantiæ mutantes spe ciem sunt confitendæ. Secundò dicunt, q̄ etiam sunt confitendæ aliquæ non varian tes speciem, scilicet quæ faciunt maiorem malitiā mortaliter: tales inquiunt circumstantiæ necessario sunt confitendæ. Quia aliàs aliquando contingere, q̄ maior esset pars malitiæ quæ celatur, quām quæ mani festatur. V. g. ego semel consensi in homicidium, & cōtinuaui cōsensum per diem in tegrum, si confiteor q̄ cōsensi semel in homicidium, & taceo tēpus continuationis, nonne celarem maiore partem grauitatis? Item furari decem est mortale, furari verò mille est eiusdem speciei cum primo furto: sed nūquid sufficeret dicere, accuso me quòd furatus sum, non nominando quantitatem? Ad hanc igitur quæstionem dico.

quòd ego non auderem cōdemnare eū qui confitetur solas circunstantias mutantes speciem. Nam cum illud dicat. S. Tho. & Bonauentura, vel est verum, vel ad minus qui sequitur illos excusatur ignorātia inuincibili. Secundò dico, q̄ nemini consulerem, nec ego essem contentus illo modo confiteri, sed confiterer etiam illas circumstantias quæ manifestè multiplicat malitiam mortalem. Sicut in exemplis positis de tempore continuationis, & de quantitate fortii: quia aliás confessor non intelligeret totam malitiam confitentis. Placet etiā mihi quod Caietanus dicit, scilicet q̄ aliquæ circumstantiæ mutantes speciem non sunt necessariò confitendæ: quando gratias circumstantiæ est parua. Sicut diuinare per terram est alterius speciei quam diuinare per aquam: & tamen sufficit quòd dicat, accuso me que fui superstitioso usque ad peccatum mortale. Credo igitur necessarium confiteri magnitudinem rei furatæ, & continuationem in peccato.

Q V A E R I T V R , vtrum confessor possit pœnitentem absoluere contra propria-

priam opinionē? V.g. sit casus de quo sunt
 duæ opiniones an sit usurarius vel nō , qui
 vendit frumentum ad certā diem, porque
 se lo pague como valiere en Maio. Quidā
 dicūt, quòd est illicitum, & ego ita credo.
 Alij tamen dicunt quòd non est illicitum. *opinione*
 Sunt pro vtrāq; parte probabilitates, ego
 tamen sum opinās q̄ sit illicitum : & pœni
 tens tenet quòd nō est illicitum, & sic con
 fitetur quòd vendidit frumentum illo mo
 do, & quòd habet propositū ita deinceps
 faciendi, quia audiuit viros doctos dicētes
 quòd id licet. Est dubium quid faciet hic
 cōfessor, qui tenet illud esse mortale, nun
 quid poterit absoluere cum cōtra propriā
 opinionem? Sit aliud exemplum, si iudex
 sequens opinionem. S. Tho. occidat homi
 nem quem ipse certò scit innocentem, pro
 batum tamen nocentē, & confessor sit opi
 nionis Nicolai de Lyra qui tenet id non li
 cere: vtrum possit absoluere iudicem volē
 tem semper in illa opinione persistere? Est
 magna quæstio, & mouet eām Conradus
 celebris doctor tractatu de contractibus,
 quæstione vltima. Et ante omnia quæstio
 hæc

164

Cōfessor
 an posse
 absoluere
 re cōtra
 propriā

hæc habet locum quādo ambæ opiniones sunt probabiles: nam si opinio pœnitentis non habeat probabilitatem, nō debet eum absoluere: quia eius ignorantia non est inuincibilis, sed vincibilis. Ut si ego teneo opinionem, q̄ nemo potest possidere plura beneficia simul, si opposita opinio non sit probabilis sicut forsan nō est, clarum est quòd nō debo eum absoluere: quia puto eum esse in peccato mortali, & non excusat ignorātia inuincibili. Sed quid faciet quando ambæ opiniones sunt probabiles, & habent suos proprios assertores? Respondeo q̄ siue sit eius proprius sacerdos, siue non, tenetur eum absoluere in tali casu. Ita tenet Palu. 4. d. 17. q. 2. ar. 1. Et Gotfre. quod libeto. 9. Probatur apertè, talis pœnitēs est in gratia, & confessor habet probabilitatem quòd sit in gratia: quia scit esse probabilem eius opinionem, ergo non debet ei negare absolutionem.

165
Numerus peccatorū
necessaria confitendus. Respon-

Q V A E R I T V R , an numerus peccatorum sit necessariò confitendus? Respon-

sio confi ex omnium sententia q̄ sic: licet multi contendus. confessores parum de hoc curent. Probatur,

quilibet

quilibet tenetur confiteri omnia peccata sua: sed qui non confitetur numerum, non confiterit omnia peccata sua, ergo tenetur eum confiteri: alias esset fictio. Sed utrum iste numerus sit determinatè dicendus, puta furatus sum decies, iuraui falsum milles. &c. Caietanus respondet, quod numerus peccatorum ideo manifestari debet, ut sciat confessor à quo debet absoluere, & qualitatem pœnitentis: & quia ad hoc parum præstat quod confessor sciat an sint decem vel undecim, ideo non est exquisitè numerus perquirēdus. Dicendum ergo primò, quod quicunq; sciuerit determinatè certū numerum peccatorū suorum: ut si certò sciat quod peccauit decem, tenetur dicere determinatè se decies peccasse hoc peccato. Quia alias celaret aliquod peccatum, & esset fictio: ut si diceret se fecisse aliquod peccatum nonies, & scit certò quod fecit decies. Secundò dicit Caietanus, non est necessarium magnam adhibere diligētiā ad cognoscendum distinctè certum numerum peccatorum. Cogitat aliquis, & scit se falsum iurasse multoties, semel in qualibet se

P ptimana,

ptimana, parum plūs vel minūs : & si am-
pliūs pensaret & fatigaret se , poffet reperi-
re certum numerūm, dico q̄ illud non est
necessarium. Nam dummodo parūm plūs
vel minūs attingat numerū peccatorum, li-
cet nō determinatum, nihil impeditur eo-
rum quæ sunt in cōfessione facienda. Non
enim impeditur absolutio, quia sufficit il-
la notitia. Nec pœnitentia, quia nō est im-
ponenda ad æqualitatem, cum sit arbitra-
ria. Nec consilium. &c. ergo nihil impedi-
tur. Satis est igitur quòd quis pertingat nu-
merū crasso modo, parūm plūs vel minūs.
Præcepta enim Dei debent esse clara, is ve-
rò qui ſepe folet peccare, nō poſſet ſcire nu-
merum determinatū. Tertiò dicit q̄ etiam
aliquando non est neceſſe adhibere dili-
gentiam ad ſciendum numerum, etiam ſic
crasso modo. V.g. eſt meretrix quæ fuit in
lupanari decem annis, nunc cōuertitur &
vult confiteri, ſatis eſt q̄ dicat peccata for-
nicationis hoc modo, māſi in lupanari per
decem annos admittēs cunctos: nec oportet
q̄ cogitet quot in hebdomada , mense,
aut anno. Patet, quia per hoc confessor ha-
bet

bet tantam notitiam , quātam illa potest ei dare . Quid enim refert , quōd illa dicat se peccasse triginta mille vicibus . Et idem de concubinario qui habet fœminam per annum qualibet nocte , non est opus q̄ numeris vices : nec expedit illud dicere . Idem de illis qui frequentissimē blasphemant . Satis est quōd dicant hanc esse suam consuetudinem : ne faciamus eos mentiri . Et eodem modo de circūstantia magnitudinis rei furatae , non est opus , quōd sciatur punctualiter . Non dubito de hoc .

Q V A E R I T V R , si quis confitetur se peccasse decies , vel duodecies , non recordatur tamen tunc nisi decē , & posteā recordatur distinctè alterius peccati , an tenetur illud cōfiteri in particulari ? Respōdeo q̄ non , si includitur in numero prius dicto . Quia si tunc quando confessus fuit meminisset illius , sufficeret dixisse , iuraui falsum duodecies parūm plūs vel minūs . Si autem dixit , iuraui falsum decē , & posteā sit memor quōd iurauit quatuordecim , tenetur confiteri ea quæ numerum prius dictum excedunt .

QV A E R I T V R , vtrum sigillum cō
Cōfessio fessionis sit necessarium? Respond. secun-
nis sigil dum omnes doctores. 4.d. 21. quod sacer-
tū nece dos tenetur ad sigillum confessionis, ad ce-
sarium. landa peccata quae in confessione audiuit
 sub poena peccati mortalis. Probatur pri-
 mò ratione naturali, quia facerem illi iniu-
 riam. Item quia in cap. sacerdos de pœni-
 tentijs. d. 6. prohibetur omnibus sacerdoti-
 bus reuelare peccata, & apponitur poena
 grauissima oppositum facientibus: scilicet
 ut omnibus diebus vitae suæ ignominio-
 sus peregrinando perga. Et sunt verba Gre-
 gorij. Idem habetur cap. omnis vtriusque
 sexus, de pœnitentijs & remissionibus, &
 dicitur quod qui non celauerit, detruda-
 tur in arctissimum monasterium, ibi per-
 petuam faciat pœnitentiam. Et quia si in
 hoc daretur aliqua exceptio, tolleretur cō-
 fessio: nemo enim auderet confiteri pecca-
 ta grauia. Idcirco propter nullum bonum
 quocunque sit illud, licet sigillum con-
 fessionis frangere: quia nullum potest esse
 equale bonum, nec tam necessarium ut est
 confessio.

SED quid faciet cōfessor cum interro
gatur de peccato quod audiuit in cōfessio
ne, an possit dicere se nescire? Respondeo
secūdum omnes, q̄ sic. Sed quid si cogatur
iurare? Dico q̄ potest & debet iurare se ne
scire, quia intelligitur se nescire extra con-
fessionem, & sic verū iurat. Sed fac quòd
iudex, vel prælatus ex malitia exigat à me
iuramentū an sciam in cōfessione? Respō.
quòd coactus iuret se nescire in confessio-
ne, quia intelligitur se nescire ad reuelan-
dum aut taliter q̄ possit dicere. Sed con-
trā si iuret se scire in cōfessione iuraret ve-
rum, ergo cùm iurat se nescire in confes-
sione iurat falsum: quia sunt contradicto-
riæ. Respon. q̄ non sunt contradictoriæ.
Quia in illa negatiua intelligitur conditio
subintellecta, scilicet quòd nō scit tali mo-
do, quòd possit illud dicere.

Q V A E R I T V R, si cōfessor ex igno-
rantia absoluit aliquem quem nō poterat
à casu reseruato, vel ab excommunicatio-
ne, vel si oblitus est eū absoluere, quomo-
do reparabitur defectus confessionis sine
reuelatione? Nider in suo confessionario

Peccata
in cōfes-
sione au-
dita pos-
sumus
rare nos
nescire.

168

Error in
cōfessioē

factus

quomo-

do repa-

rādus si

ne fra-

elione si

gili.

dicit, quòd in concilio Constantiensi, vel Basiliensi fuit inter patres hæc quæstio traçata, & quòd tunc fuit varia sententia. Ego dico cum distinctione, quia vel confessor timet probabiliter scandalum reuocando pœnitentem, & quòd conqueretur de reuelatione confessionis: & in tali casu relin quendus est, quia si habuit contritionem erat in gratia. Si autem non timetur q̄ pœnitens dicet se non fecisse tale peccatum, & quòd non conqueretur de reuelatione confessionis, dico sine quocunque scrupulo q̄ possum illum reuocare ad confessio nem & absoluere. Sed contrà quia obijcit peccatū extra confessionem. Respondeo, q̄ non facio ei iniuriā si dicam, tu cōfessus es mihi alia die, redeamus ad confessionē, quia volo tibi dicere vnum verbum quod expedit tibi. Si nolit dimittatur. Si autē acquieuerit dicam ei, confitearis peccata in generali, & si aliqua alia fecisti cōfitere ea, quia feci talem defectum in alia confessio ne. Et probo quòd hoc liceat, quia vt infra dicemus, de pœnitentis licentia licet reue lare peccata eius alteri, ergo multò melius

sibi

sibi ipsi, vel formaliter, vel interpretatiuē si dederit licētiā: vt si beneuolē audiat me dicentē sibi, scias quōd in confessione præterita fuit defectus quidam commissus, vis illum audire? Si dixerit quōd sic, sine quo-cunque scrupulo dicatur ei, scias q̄ eras ex communicatus, & ego nō potui te absoluere, &c. Palude in fine. d. 21. ampliorem concedit licentiam, dicens q̄ non solūm quando fuit cōmissus defectus in confessione, sed etiā ratione correctionis fraternalē possum secretō admonere illū de peccato semel cōfesso mihi. Sed credo certē q̄ est falsum omnino & quōd nullo modo licet.

Q V A E R I T V R, an quando peccatum quod in confessione audiui est publicum, teneat illud silere? Respōdet Caieta. in summa, quōd de tali peccato possum loqui post confessionem eodem modo sicut ante: debeo tamen procedere posteā cautius & nullo modo dicere, q̄ scio illud in confessione, quia redderem audientes certiores. Sed quid si à confessore petat quis, an ille fuerit confessus illud peccatum publicum? Respondeat confessor, confessus

160

*Peccatum
publicum
in confes-
sione au-
ditum,*

*an possit
mus re-
uelare.*

est omnia peccata sua. Potest etiam dicere, absolui illum, quia per hoc nihil reuelo. Admonet tamē Caietanus, bonum esse quodquādo peccata sunt publica, petat facultatem confessorum à pœnitente ad loquendū de eis ad bonum finē. Sed quid si usus rarius iactet se, quodquād absolui illū, cum non sit verum. Nam si dico quodquād sic, mentior. Si autem dico quod non absolui eum, reuelo confessionem. Dicat confessor quid ad vos? ego feci officium meum. Sed quid faciet proprius sacerdos penitentibus eucharistiam concubina, vel usurario, quos non audiuit de confessione? Respondeo, quod non det illis. Sed quid si dicant confessi sumus tali fratri, & interrogatus frater nō audit dicere quod non absoluit, ne eorum statum reuelet, nec quod absoluit ne mentiatur? Respondeo absolute, quod si sint peccatores publici, debet eis eucharistiam negare. Quod si fuerint confessi cum proprio sacerdote & non absoluti, & nihilominus petant eucharistiam, dico etiam quod debet eis negare, & si dixerint, iam tu absolui sti nos, dicat ego nescio de hoc.

Quæ

QVAERITVR, vtrum de licentia 170
 pœnitentis liceat confessionem reuelare? Peccata
 Alexander & Scotus. 4.d.21.q.2.1. & Durā in cōfes-
 dus ibidem dicūt ꝑ non licet. Quia sigillū sione au-
 confessionis est de iure diuino, ergo pœni- dita re-
 tens non potest dare licentiam. Item quia uelare
 esset scandalum. Sed respondeo absolute, mus de
 ꝑ pœnitens potest dare licentiam, confes- pœniten-
 sor tamen non potest accipere, aut reuela- tis licen-
 re confessionem in detrimentum pœnitē- tia.
 tis, qui sibi talem facultatem dat.

QVAERITVR, vtrum alia quæ in 171
 confessione sciuntur præter peccata, cadat sigillū
 sub sigillo confessionis? Respondeo, quod cōfessio-
 sub sigillo arētissimo confessionis non ca- nis, an-
 dunt nisi peccata pœnitētis, vel tertiae per se exten-
 sonæ: & solūm huius sigilli fractor incur- dat ad
 rit pœnas canonicas. Secundò dico ꝑ sub aliaquā
 sigillo confessionis cadunt omnia alia quæ ad pec-
 expressè, vel interpretatiuè pœnitens tra- cata.
 dit sub sigillo confessionis: vt si dicat, acci-
 piatis hoc sub sigillo, & qui hæc reuelat,
 credo peccaret mortaliter: propter detri-
 mentum quod faceret sacramento, redde-
 ret enim cōfessionem fraudulosam. Non
 enim

enim omnes intelligunt hanc differētiam
sigilli maioris, vel minoris. Ideo confessor
sit cautus, ut taceat omnia illa quæ sunt ali-
cuius grauitatis. Alia verò quæ nō sunt de
necessitate confessionis, nec refert pœni-
tenti quòd reuelentur, non tenetur celare:
sed tamen non dicat se in confessione au-
dit. Breuiter in hac parte, mas vāle ser-
corto que largo.

172 QVAERITVR, an in communili-
Peccata ceat reuelare peccata audita in confessio-
in cōfessiōne, taliter q̄ nec directe, nec indirecte per-
*au*uenient in notitiam pœnitentis? V.g. si di-
dit a, an liceat in cān, quidam confessus est mihi semel hoc
cōi re- peccatum. Respon. q̄ hoc nō est reuelare
uelare. confessionem? Quia re vera multi viri san-
cti hoc fecerunt: maximè doctores qui po-
nunt casus quos in confessione audierunt.
Secundò dico, q̄ melius est hoc rarò face-
re. Sequuntur enim quandoque scandala
ex istis: ideo abstineant sacerdotes ab his
narrationibus.

173 QVAERITVR, de illis qui cōmit-
Secreta tunt alijs secreta sub sigillo cōfessionis, an
extra cō tale sit secretū confessionis? Respon. quòd
qui

qui recipit, tenetur seruare illud secretum *confessionē*
 plusquam alia. Quia ex pacto additur no- *sub sigillō*
 rum vinculum, & per consequens dico non *lo com-*
mēdata
quomo-
do obli-
gent.
 esse conueniens, quod homines sāpe recipiāt
 talia secreta. Secundò dico, quod illud non est
 sigillum cōfessionis, nec frangens illud in-
 cedit in pœnas canonis. Quia ibi nulla in-
 iuria fit sacramento, cum nullum fuerit sa-
 cramentum: licet frangatur fides. Notan-
 dum est etiam quod ea quæ dicūtur de sigillo
 confessionis, intelliguntur de quacunque
 cōfessione, siue perfecta, siue non, siue in-
 cepta, siue non: & de omnibus illis quæ or-
 dinantur ad confessionem vel facultatem
 ut ab illo absoluatur à reseruatis, non po-
 test ille plus reuelare, quam si iam accepis-
 set in confessione.

Q V A E R I T V R, vtrum cōfessio vo- *174*
 calis quæ est in vsu ecclesiæ sit instituta à *Cōfessio*
Christo? Antiquitus quando erant tempo *Vocalis*
ea à Christo
stomis-
tuta.
 rameliora, non tantum hæc quæstio iacta
 batur: quia tēpore pacis arma non sunt in
 tāto precio & vsu. Nūc verò quia iam sunt
 hæretici qui negent cōfessionem, propter
 peccata nostra, oportet quod simus ad hoc bel-
 lum

Ium armati. Idcirkò quæritur, an cōfessio
 sit de iure diuino? Respon. ex sentētia om-
 nium doctorum q̄ sic. Patet, ecclesiæ cla-
 ues sunt ad remittenda peccata, secundum
 illud Matth.16. Tibi dabo claves regni cæ-
 lorum, & quodcumque solueris super ter-
 ram, &c. Sacerdotes autem habent has cla-
 ues, & sunt iudices peccatorum: iudices ve-
 rò nō possunt iudicare nisi causam cogno-
 scant, ergo alij tenentur subdere se huic iu-
 dicio: alias frustra esset illa potestas, hęc au-
 tem subiectio fit per cofessionem, ergo de
 iure diuino tenetur cōfiteri. Item Iacob.1.
 Confitemini alterutrum peccata vestra.
Quod Augusti. Beda, & alij sancti, & Hu-
 go de sancto Victore lib. 2. de sacramētis,
 per. 14. cap. intelligunt de præcepto cōfes-
 sionis. Item (& h̄c est tota vis secundum
 Adrianum & veritatem) Ioan. 20. quorū
 retinueritis retēta sunt. i. quorum peccata
 non absolueritis non erunt absoluta ante
 Deum: ergo secūdum euangelium debent
 confiteri & absoluī in terra, alias nō erunt
 absoluta ī cælo. Hic est locus validissimus,
 & q̄ omnes sancti hoc dicāt in comperto
 est.

est. Vide Thomam Vualdensem lib. de sacramentis, & Roffensem colligētes dicta sanctorū omnium. De hac confessione necessariō sacerdoti facienda multa egregia apud vtrunque inuenies. Et cognosces, an expedit has ecclesiæ columnas sequi potius, quam nouos istos grammaticas. Opinor neminem vsq; adeò cæcum & insanū esse, qui ob vnius Lutheri amentiam velit tanto discrimini seipsum exponere, quatenus ea peccata quæ vel nouit, vel dubitat esse letalia, sacerdoti nō aperiat. Et maximè cū intelligat antiquissimos simul eruditissimos ac sanctissimos patres tantam confessionis huius necessitatem esse dicentes, ut quicunque mortaliter deliquerit, eum oporteat, vel publicè, vel priuatim sacerdoti sua peccata detegere. Nec facile crediderim patres ipsos hanc vsq; adeò duram prouinciam nobis imposuisse, priusquam exploratissimum haberet hanc confessionem, aut ab apostolis institutam, aut in sacris scripturis dilucidè traditam fuisse: ceum rem cunctis peccatoribus apprimè necessariam, & quam contemnere nō possent, absq;

absque dispério salutis animarum. Exponat igitur quisquis secum, an tutius fuerit horum patrum simul & scripturarū assertiōnem admittere, sūāsque animas à tanto periculo custodire: an Lutherum de confessione impie oblatrāntem & sentiētem, suo capiti dumtaxat non patrum, aut scripturarū testimonio innixum sequi, & cū eo funditus perire.

175^o
*Cofessio
num fie
bat in
princi-
pio. xl.* NOTANDVM etiā de confessio-
ne q̄ Beatus Renanus in annotationibus
quas fecit super Tertul. dicit se esse naētū
librum quendam antiquissimum concilio
rum, & inter ea dicit fuisse vnū factum an-
tequam esset institutum ab ecclesia ieu-
niūm quatuor dierū ante dominicā primā
in quadragesima, quod sic habebat. Pres-
byteri debent admonere plebem sibi sub-
iectā, vt omnis, qui se sentit mortifero pec-
cati vulnere sauciātum, feria quarta ante
quadragesimā cum omni festinatione re-
currat ad viuificatricem matrē ecclesiam,
vbi quod malē cōmisit, cum omni humili-
tate & cordis contritione simpliciter con-
fessus, suscipiat remedia pœnitentiæ secun-
dum

dum modum canonicis autoritatibus præfixum: non solum autem ille qui mortale aliquid cōmisit, sed etiā omnis homo qui cunque se cognoscit immaculatam Christi tunicam quam in baptismo accepit polluisse, ad proprium sacerdotē festinet venire: cum puritate mentis omnes transgressiones, omnia peccata quibus Dei offensam incurrisse meminit humiliter cōfiteatur, & quicquid à sacerdote fuerit iniunctum, ac si ab ipso omnipotētis ore fuisset prolatum, ita diligentissimè attendat & se quatur: hæc ibi. Idem habetur in pœnitentiario Romano quod creditur profectum ab apostolis ipsis ubi dicitur. Hebdomada ante quadragesimam confiteātur omnes. Iste erat conuenientissimus modus, & multo melior, quam qui nunc est, quod consententur in fine quadragesimæ, & sic ieiunium non multum eis prodest. Optimum esset si posset reuocari ista cōsuetudo, nos tamen nō possumus illam reuocare. Sed peculiares possent suos pœnitentes admone re & confiteantur ante quadragesimam.

QVAERITVR, an sit necessarium

vt

176. vt confessor interroget pœnitentem? Re.
Cofessor spondeo primò quòd est necessarium vt
an tene confessor plerunq; aliquid interroget. Pa.
atur in- tet, nam vt suprà diximus, si pœnitens non
terroga fecerit aliquam conscientiæ examinatio.
re pœni nem, confessio nō solum erit inualida, sed
tentem. etiam mortalis. Si hoc ex circumstatijs ap.
 pareat, debet confessor interrogare, an ex.
 aminauerit cōscientiam suam: & si dixerit
 q̄ non, nō audiat eum. Si non timeātur ma.
 iora mala: videlicet quòd pœnitens nun.
 quam cōfitebitur, tunc enim interroget sa.
 cerdos. Oportet em̄ q̄ cōfessores nō mit.
 tant pœnitētes in desperationem. Omnes
 sancti, & S. Tho. ita cōsulunt. Quando er.
 go confessor videt has circumstantias, ne.
 cessarium est q̄ interroget. Et si est proba.
 bile confessori quòd pœnitens dimittit ali.
 quod peccatū, tenetur interrogare de eo:
 quia tenetur quātum poterit nō solum ad
 adsoluendum, sed etiam vt pœnitens reci.
 piat gratiam, quam quidem non reciperet
 si ex magna negligētia aliquod peccatum
 dimitteret. Dico prētereā quòd si est mihi
 probabile, quòd pœnitēs fecerit sufficien.
 tem

tem examinationem, licet credat cōfessor quòd habeat alia peccata præter ea quæ dixit, si commodè potest interroget: sed non tenetur tūc interrogare: sunt enim aliqui, que sacan el alma a los penitentes. Sufficit quòd sit mihi probabile q̄ confessio sit sufficiens ad consecutionem gratiæ. Probatur, quia pœnitens nō tenetur facere maiorem diligentiam quam fecit, ergo non tenetur eum interrogare: quare eum vexabo interrogationibus? confessor debet laborare ut sit benevolus. Ex his sequitur q̄ non oportet interrogare pœnitentem de omnibus peccatis mortalibus. Quidam à pueris querunt, an sint simoniaci, &c. Isti faciunt confessiones odiosas & supersticiosas. Sed oportet interrogare pœnitentes de peccatis quæ probabiliter putantur habere: nec id nimis anxiè. Confessor etiam sit nimis cautus interrogando nō querēs noua peccata, quia poterit ea docere pœnitentem, & scandalizare: maxime circa peccata carnalia, quæ nō debet interrogare nisi ex cōfessione haberet aliquod indicium q̄ habeant illa: tunc enim nō debet omitti quæ

Q. sunt

sunt de essentia confessionis, sed fiat sapien-
ter. V.g. si cōfessor probabiliter credit p̄c-
nitentem habere aliquod peccatum turpe
& verendum, interroget, non apertē, sed
dicat cogitasti aliquando de hoc? Si dicat
sic, quārat vlt̄riūs, & consentisti? si dicat
sic, procedat, dicens, & fecisti? quo dicente
sic, vel non, nihil ampliūs interroget. Sed
dimitat alias fabulas.

177

*Circun-
stātia lo-
ci quan-
do confi-
tenda.*

Q V A E R I T V R , vtrum circunstan-
tia loci sit necessariō confitenda? Respon.
quòd solūm in tribus peccatis est necessa-
rio confitenda, scilicet in furto, effusione
sanguinis, & effusione seminis in ecclesia.
Credo quòd non sufficeret furari in ecclē-
sia ad hoc vt sit sacrilegium, nisi esset de ec-
clesia. Et effusio sanguinis debet esse nota-
bilis, vt suprā diximus. Et si quis habeat in
ecclesia volitionem perpetrāndi prædicta
tria vel aliquod eorū extra ecclesiam, non
est sacrilegus. Si verò extra ecclesiam con-
sentiat in aliquod horum, faciendum intra
ecclesiam, teneretur cōfiteri de hac circun-
stantia, quia iam sit iniuria loco.

S E D vtrum circunstātia temporis ne-
cessariō

cessariò sit confitenda, puta peccare in festo? Respondeo absolute, quod non. Ita tenet Caietanus, Silvester, Nider, & alij. Grauius est peccare in die festo, sed non est grauitas necessaria ad confitendum. Et confessores debet de hoc admonere pœnitentes.

178

*Circumstātia tē
poris an
sit confi
tenda.*

QVAERIT VR, an qui ex industria habet duos confessores, unum cui omnia confiteatur peccata, alterum cui leuia dum taxat ad aestimationem benefaciatur? Respondeo sine dubio, hoc esse sacrilegium, & videtur magna fictio, & irridet confessorem faciens credere eum quod ipse sit probus. Et certe videtur mortale, quando propter hoc facit. Non dannarem tamē eum qui semel incidit in mortale, non solitus peccare, si confiteatur alteri, ne perdat opinionem quam habet erga primum confessorem suum.

179

*Cofessō
res duos
habere,
vnū pro
graui-
bus, alt-
um pro
tenibus,
an li-
ceat.*

QVAERIT VR, si quis propter magnam consuetudinem quam habet peccandi, credit se iterum peccatum: ipse tamē omnino vult cauere, & proponit non pecare, an sit absoluendus? Responso omnino quod sic. Quia si tunc non esset absoluendus, nec etiam quando dubitaret. Item iste pos-

180

*Credes
se pecca-
turū pro
pones ta-
men nō
peccare
an sit ab-
soluendus*

test facere quod in se est, & tamen quod non possit tollere hanc formidinem a se. Consuetudo enim relabendi non impedit cum habeat bonum propositum, & nihilominus propter experientiam non poterit credere se deinceps non peccatum, ergo. Et haec de confessione sufficient.

SEQVITVR DE SATIS- factione, tertia pœnitentiæ parte.

181

Reatus
pœnae an-rema-
neat post
contritio
nem.

V A E R I T V R , in primis vtrum postquam homo habuit contritionem de peccatis suis, & confessus est ea, & est in gratia, maneat ei aliquis reatus pœnae pro quo debeat satisfacere? Respondeo q̄ sic. Et patet. 2. Regū. 12. de David cui postquam dictum fuit, transtulit dominus peccatum tuum a te: iniuncta est pœna, ut moreretur puer ex Bersabe natus. Et Lucæ. 3. Facite fructus dignos pœnitentię, & hoc fit per satisfactionē. Et Romano. 6. Sicut exhibuisti mēbra vestra, &c. quia si in Tyro, & Sidone, &c. Matth. 11. Item ecclesia orat pro mortuis. Et habetur etiā

z. Ma-

2. Machabeo.12. Ut à peccatis soluantur: & non solum à venialibus, sed etiam à mortali-
bus: cum dicat ab omni vinculo delictorum: ergo post remissam culpā manet rea-
tus pœnæ. Et hoc est certum & de fide.

Iam verò.

Q V A E R I T V R , quid sit satisfactio . 182
Respon . S . Tho . ex Anselmo , quod satisfa-
ctio est compensatio offensæ præteritæ ad
æqualitatem iustitiæ .

Q VAE R I T V R ergo, vtrum aliquis possit satisfacere? Respon. qd satisfactio est pars iustitiae, iustitia autem exigit aequalitatem. Et si loquamur propriete de aequalitate ut satisfactio importat reddere aequale, dico qd nemo potest satisfacere. Quia nemo potest reddere Deo aequivalens, etiam si non peccassimus. Nam Diis, parentibus & magistris, non potest reddi aequivalens, ut ait Arist. Si verò loquamur de aequalitate proportionabili, quādo ego facio quod possum, dico qd hoc modo possumus satisfacere Deo: etiam proprie capiendo satisfacere, vel si vultis ex benevolentia acceptatis. Ad quæstionem igitur cùm dicitur,

Q₃ an

DE SATISFACTIONE.

an homo possit Deo satisfacere, dico q̄ si consideretur homo secundūm sua natura-
lia seclusa gratia, nullo modo potest satisfa-
cere pro peccato. Quia quicquid possu-
mus dare Deo sine gratia, est nullius mo-
menti. Cūm etiam omnes iustitiæ nostræ
sint coram Deo tanquā pannus menstrua-
tæ: ut ait propheta. Item quicquid possu-
mus facere, debemus Deo propter benefi-
cia recepta. i. Paralip. c. 29. Tua sunt domi-
ne omnia, & quæ de manu tua recepimus
reddimus tibi. Et sic sine gratia est impossibili-
bile satisfacere Deo ad æqualitatem. Nec
etiam sine gratia ex acceptatione Dei pos-
sumus satisfacere. Dicere enim q̄ Deus ac-
ceptat opera nostra, est dicere q̄ illa sunt
accepta & grata Deo: sed si homo non ha-
bet gratiam non poterunt eius opera esse
grata Deo. Posset quidem Deus remittere
sua omnipotētia peccata propter actus exi-
stentis in peccato, sed hæc non esset satisfa-
ctio sed condonatio pura, & remissio. Se-
cundò potest homo considerari in gratia.
Et secundum hanc considerationem, si nō
habeamus respectum ad passionē Christi,
ad hoc

ad huc non potest satisfacere ad æqualitatem. Quia non sunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. Item quia illa opera ſunt noſtra, & ſi habent frumentum eſt ex parte Dei. Potest tamē talis ſatisfacere ex liberalitate acceptatis. Si verò conſideretur homo in gratia, prout gratia eſt effectus paſſionis Christi, ſic propriiſſime & ad æqualitatem ſatisfacit Deo: ſi iungamus merita noſtra meritis Christi, qui etiam in quātum homo ſatisfecit ad æqualitatem iuſtitiae, & quantitatis.

Q V A E R I T V R, vtrum vnuſ homo
poſſit pro alterius hominiſ pœna ſatisfac-
ce? V. g. Petrus poſt confeſſionem manet
reus ad pœnā vt decem: eſt dubiū, an ego
poſſim ſatisfacere pro illo? Respon. ex omniū ſententiā quod ſic. Ita habet uſuſ ec-
clesiæ. Nihil enim tam naturale eſt homi-
ni, quam vt quilibet utatur re ſua ut vult:
quare ergo nō poterovti hoc ieunio meo
ut voluero? vbi hoc prohibuit Deus? Po-
ſum dare temporalia mea, quare non ſpiri-
tualia? Item ſufficientiſſime probatur ex
cōſuetudine ecclesiæ in qua vnuſ pro alio

Q 4 ſatiſ-

183

satisfac-

cere po-

teſtunus

pro alte-

ro.

satisfacit. Item Coloffen. x. dicit. Nunc gau-
deo in passionibus meis pro vobis: & ad-
impleo quæ defunt passioni Christi in car-
ne mea pro corpore eius quod est ecclæ-
siæ. Item oratio mea valet alteri ad gloriæ,
iuxta illud orate pro inuicem ut saluemi-
ni, Iacob. 5. Ergo etiam ad remittēdam pœ-
nam. Et si oratio, ergo etiam alia opera bo-
na. Item omnes sumus inuicem membra:
ut dicitur Romano. 12. & Ephesio. 8. Sed
membra vnius corporis influūt inuicem,
ergo.

184 QVAE RIT VR, vtrum homo pos-
*satisfa*cere pro vno peccato non satisfa-
cere pro ciendo pro alio? vtrum homo existens in
vno pec- eato mortali, possit satisfacere pro pœna pecca-
non pro ti mortalis iam remissi? Respondeo ex sen-
*alio, an*tentia omnium, impossibile est quod quis
possitpec satisfaciat prius pro pœna, quam pro cul-
cator, pa. Et hoc est notum & à nemine dubita-
velpro tum. Si verò sit in peccato, an possit satisfa-
peccato cere pro pœna peccati iam dimissi? Respō-
*dego, q*uel ista opera satisfactoria sunt in-
iam re- missio. iuncta à confessore, vel non, sed voluntariè assumpta. Si secundum, communis sen-
tentia

tētia omiū est q̄ nihil prosunt. 1. Corinth.
13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeā,
charitatem autē non habuero , nihil sum,
nihil mihi prodest. Item opera illa ex se nō
sunt æqualia satisfactioni quam debet: nec
etiam ex liberalitate acceptantis, quia non
acceptātur cùm procedāt ab inimico Dei,
ergo non sunt satisfactoria . Si autē sint ini-
uncta à confessore , licet Scotus videatur
dicere q̄ valent, tamen. S. Tho. 4. d.15. &
Henricus, quodlibeto.8.q.18.& Adrianus
q. quam de hoc facit.4.& Palude.4.dist.15.
&.22.dicunt quòd nullo modo valent . Et
patet rationibus nunc factis , nullus potest
satisfacere sine gratia : remissio enim pec-
cati est maxima amicitia Dei, qua non vti-
tur nisi erga amicos, ergo. Verum est q̄ ta-
lia opera iniuncta à confessore , & facta in
peccato mortali, adueniente charitate , si-
ue relinquāt post se effectum siue nō (hæc
enim distinctio friuola est , & nūquam pla-
cuit viris doctis) viuificantur & acceptan-
tur à Deo:vt bene dicit Caietanus, quia sa-
tisfactio est pars sacramēti . Vnde si virtus
confessionis redit, quare non & satisfactio
nis?

nis? hoc pius est, sed tutius est implere in
gratia pœnitentiam iniunctam. Verum est,
quod illa opera satisfactoria iniuncta a co-
fessore, & facta in mortali, quauis non va-
leant ad remissionem culpæ, tamen per il-
la impletur preceptum confessoris, & non
tenetur pœnitens iterum implere pœnité-
tiam iniunctam.

185 QVAE RIT VR, vtrum satisfactio
satisfactio debeat fieri per opera pœnalia? Pro huius
Elio fit p intelligētia oportet prius intelligere, quid
operapœ sit opus pœnale. Opus pœnale idem est
nalia. quod malum pœnæ, & malum nihil aliud
est quam priuatio boni. Triplex vero est
bonum, honestū, utile, & delectabile. Pœ-
na propriè loquendo non est priuatio bo-
ni honesti, quia hoc est peccatum; sed est pri-
uatio boni utilis vel delectabilis, sicut dare
eleemosynam, iejunare, orare, &c. Nunc
dico quod satisfactio debet fieri per opera
pœnalia. Ita est communis doctorum sen-
tentia. Probatur, quia satisfactio est opus
iustitiae, offensā autem consistit in hoc quod
subtrahimus Deo obedientiam, & accipi-
mus facultatem peccādi, quam iure nō ha-
bemus.

bebamus. Cū ergo iustitia tendat ad æqua
litatem, dignū est quòd satisfaciamus per
hoc & subtrahamus à nobis quod iustum
est, & nostrum est. scilicet pecuniam, vel cœnā:
sicut in lege fiebat satisfactio per contrapas-
sum, oculum pro oculo, &c. Confirmatur
exemplo Christi, qui potens per solam di-
lectionē Dei satisfacere, satisfecit per ope-
ra pœnalia. Et quātò opus fuerit magis pœ-
nale, tantò erit magis satisfactorium cæte-
ris paribus. Secūdō dico (& credo esse pro-
bable ac verum) quòd per omne opus bo-
num possumus satisfacere, etiam per dilec-
tionem Dei. Hoc tenet Scotus. Et patet,
quia etiam inter homines fit satisfactio nō
solum per opera pœnalia, sed etiā per om-
nia opera illa quæ læso complacent. Item
probatur, quia nullū est opus bonū quod
non sit pœnale, ergo omne opus bonū est
satisfactorium, quia lassat & defatigat ho-
minem, ut contemplatio, & dilectio, quæ
licet sint opera animæ, sed sunt animæ con-
iunctæ corpori: & haberemus magnum
laborem si vellemus Deum diligere, vel
proximum per ynam horam. Item per di-
lectionē

lectionem Dei fatisfacimus pro pœna pecati venialis: nam per illam remittitur veniale, ut diximus: ergo dilectio Dei est opus satisfactorium. Item quia dicere quod per dilectionem Dei, & contemplationem, & alia id genus opera non fatisfacimus, esset motiuum magnum ad deterrendum homines a melioribus bonis.

186

Satisfacere an possum per opera aliás de rarum?

Q V A E R I T V R, vtrum sit necessarium q[uod] opera per quae homo debet satisfacere sint libera, vel an possim satisfacere per opera aliás debita: vt per iejunium quam dragesimæ, vel orationem canonicarū hominum? Palude. 4. d. 15. q. 1. art. 2. dicit abso lute, quod nemo satisfacit per opera aliás debita, & præcepta. Vnde qui dat pauperi existenti in extrema necessitate omnia bona sua non satisfacit. Idem dicit Maio. 4. dist. 15. q. 2. & Almain. q. 1. & Siluester. Et probant quia unico precio non potest satisfieri duobus debitibus, ergo eodem iejunio non potest satisfacere quis pro peccatis, & ecclesiæ. Item quia sequeretur quod cōfessor posset iniungere clericō, quod dicaret horas canonicas in pœnitentiam, aut quod

quòd solueret decem aureos debet, quod quidem esset irrisio. Sed his non obstantibus, ego non dubito quin possimus satisfacere per opera aliás debita: & puto erroneum dicere contrarium. Ita tenet Adrianus. q. quam de hoc fecit. Et probatur, ecclesia instituit ieiuniū quadragesimale & alia, ut pro peccatis satisfaciamus, hæc fuit eius intentio: & sæpiissimè orat in quadragesima ut acceptet Deus nostra ieiunia in remissionem peccatorum: ergo illa sunt satisfactionaria pro peccatis. Ita dicendum est omnino, & vtinā vel sola ieiunia ab ecclesia instituta ieiunaremus. Ad argumētum igitur, cōfessor posset imponere clericō q̄ diceret horas canonicas in pœnitentiam. Respon. primò quòd nō debet hoc facere, quia debet iuuare eum ad satisfaciendum, ac proinde debet aliquid de nouo impone re. Secūdò dico quòd si faciat, factum erit & aliquando expediet: ut si nobiles nunquam ieiunent quadragesimā, bene faciet cōfessor præcipiēs illis, ieiunetis hos quin decim dies qui remanent de quadragesi ma. Alia argumenta facile soluuntur. Nam cùm

cum ieiunium quadragesimæ sit satisfactō rium, ergo pro aliquibus est satisfactoriū, ergo pro me. Mirabile enim est q̄ sit satisfactorium pro alijs & non pro me. Perderem ergo p̄mium satisfactionis ieiunando quadragesimam propter ecclesiæ præceptum. Certè non credo.

187

Pœnitentiā *missam* *de* *an posse* *dūm* *piere in* *missa de* *præcepto* *an posse im* *quod* *ad* *præcepto.* Q V A E R I T V R , an qui impleret pœnitentiā confessoris cum audit missam de præcepto, satisfaciat? V.g. iniungit confessor septē psalmos, recito eos inter audiē dum missam die Dominica, an satisfaciam pie in præcepto confessoris? Aliqui summittæ dicunt, quòd non implet, sed Adrianus dicit (& bene) quòd implet & non peccat. Aliquo tamen modo facit irreuerenter.

188

Pœnitentiā *ieiunet* *tribus* *diebus* *temporū* *vel* *eiapona* *quadragesimæ*, an satisfaciat præceptio cōfessoris? Respondeo quòd non, quia oportet stare ad intentionem confessoris, qui si non explicet cōtrarium, intelligitur de diebus alijs nō debitiss. Secus esset de eleemosyna, nam non dubito quin si confessor iungat pœnitenti quòd det aureum pauperi,

ri, melius ficeret & magis ad intentionem confessoris si det illum pauperi existēti in extrema necessitate.

D V B I T A T V R, an oporteat q̄ ho-
mo satisfaciat per se ipsum? Respon. q̄ qui
libet per se debet implere pœnitentiam si-
bi iniunctam. Patet, quia id est præceptū, tisfa-
vt tenebimus pro nunc. Item quia pœnitē-
tia est ut medicina, modò medicina quæ
est mihi necessaria, nō cōfertur alteri: nisi
confessor imponat sic pœnitētiam, iejuna
tribus diebus vel fac q̄ alius iejinet pro te.
Si autem ego nō possū, bonum est quòd
alteri committam ut iejinet pro me.

Q V A E R I T V R, vtrum flagella infli-
cta à Deo in hoc mundo, sint satisfactoria
pro peccatis? Ut Nabuchodonosor ambu-
lans in solitudine sicut fera, & Dauid quan-
do occisus fuit à Deo puer eius? Videtur
quòd non, quia talia opera non sunt volun-
taria, actus verò debet esse meritorius ad
hoc q̄ sit satisfactorius: sed non potest esse
meritorius nisi sit voluntarius, ergo. In op-
positum est, quia Nahum. i. dicitur, nō in-
surget bis tribulatio. Quod septuaginta in-
terpretes

189
Homo per seipsum satifaciat.

190
Flagela in facta a deo sunt satisfactoria.

terpretes verterunt, non iudicabit Deus
bis in idipsum: ergo si per has tribulatio-
nes quas patimur in hoc mundo nō satisfa-
cimus, bis de eodem iudicamur. Ad hanc
quaestione respondet. S. Tho. 4. d. 15. &
in additionibus. q. 15. art. 2. quod pœna pro
peccato potest dupliciter exigi. Vno mo-
do ab illo cui non debetur satisfactio, sicut
si occidi hominem, debeo satisfactionem
Deo. Si autem aliis homo verberaret me
propter hoc, haec pœna non habet ratione
satisfactionis, sed vindictæ: sicut si debeo
tibi viginti, & aliis accipit a me, per hoc
ego non satisfacio tibi. Secundo modo po-
test exigi, seu infligi pœna ab eo cui debe-
tur satisfactio, & talis pœna vocatur pro-
priæ satisfactio, sicut illi qui puniuntur a co-
munitate & iudicibus. Hoc supposito di-
co quod pœna a Deo inficta potest esse satis-
factoria. Probat. S. Tho. quia pœna illa po-
test esse opus peccatoris, per hoc quod vo-
luntariè acceptat, & patienter sustinet, si-
cuit Iob qui dicebat, sicut domino placuit
ita factum est, sit nomen domini benedi-
ctum. Illud erat satisfactorium, quia iam
erat

erat proprium illius. Si autem quis renitatur tali pœnæ, non est satisfactoria: si talis resistentia sit usque ad peccatum mortale. Vnde infirmus qui vellet sanari si posset, sed quia nō potest, fert bono animo, in nomine domini satisfacit, non solum per patientiam quam habet, sed quia ipsæ pœnæ à Deo inflictæ sunt satisfactoriæ de se: sicut etiam pœnæ purgatorij: & multò melius. Dico præterea (& hoc est multū probabile, & verisimile) quod quicunque in gratia punitur à Deo in isto mundo, sufficienter punitur, & non punietur in alio seculo, & maximè si morte eum puniat, tūc enim nō dubito quin mors inficta à Christo (nō loquor de morte naturali) omnē pœnam deleat. Probatur, quia nulla est ratio iam q̄ Deus punit aliquem in vita, cur puniat partem & nō totum. Hoc nō negaret Hieronymus qui verbum mirabile dicit super illud Nahum. i. Non consurget duplex tribulatio. Quod vos potestis vide re (si placuerit) in suo fonte.

191

Q V A E R I T V R , quæ sint opera sa-
tisfactoria pœnalia, vtrum sint tria quæ cōlia oper-

R muniter

ra satif- muniter ponuntur à doctoribus, & à Ma-
 factoria gistro senten. 4.d.15. scilicet ieunium, ele
 praci- mosyna, & oratio? Respondeo, q̄ sic. Pro-
 pua tria bat. S. Tho. quia vt suprà diximus, in satisfa-
 ieiuniū, ctione oportet, quòd sicut peccator usur-
 eleemo- syna, et pauit sibi quod nō debet, ita auferat sibi ali-
 oratio. quid quod ei competebat, puta bona natu-
 ralia per ieunium, bona téporalia per ele
 mosynam. Bona autem spiritualia non de-
 bent auferri, sed satisfacimus operibus spi-
 ritualibus cognoscendo quòd sunt Dei, &
 petēdo auxilium, quod fit per orationem.
 Et in his includuntur omnia opera pœna-
 lia. In ieunio opera afflictiva ex natura
 sua, putā peregrinatio, silentium, &c. Præ-
 dicare verò, legere, & similia intelligūtur
 sub eleemosyna, quia sunt bona proximis
 192 exhibita.

Confes- Q V A E R I T V R , an cōfessor audiēs
 sor pot confessionem possit obligare pœnitētem
 obliga- ad aliquam satisfactionem? putā ad hoc vt
 re pœni tentē ad ieunet vel det eleemosynam? Scotus. 4.d.
 aliquā 18. & 19. tenet q̄ confessor nō potest obli-
 satisfa- gare pœnitētem si ipse noluerit acceptare.
 ctionē. Si autem semel acceptauerit, tenetur im-
 plere

plerē pœnitentiam sub pœna peccati mortalis. Idem tenet Gabriel. d.16. q.2. dubio.1.
& .5. quia potest satisfacere in alia vita. Idē tenet Siluest. verbo confessio. 1. parrapho
25. & .26. licet cū aliquibus limitationibus.
Caieta. etiam. q.2. de satisfactione tenet ꝑ
pœnitens non tenetur acceptare pœnitentiam, saltem sub pœna peccati mortalis, &
si acceptet non tenetur eā implere sub pœna peccati mortalis. Sed quicquid sit de his
opinionibus, puto esse probabilius ꝑ pœnitens sub pœna peccati mortalis tenetur
acceptare pœnitentiam sibi iniunctam. Ita
tenet Magist. 4. d.18. & S. Tho. ibidem, &
in additionibus. q.18. art.3. & d.16. in expo-
sitione textus, & Palu. 4. dist.20. q.2. & Ma-
io. d.17. q.2. & Alma. d.18. & videtur senté-
tia omnium sanctorum antiquorum, qui
si peccatori graui iniungeret pœnitentiā,
& ille nollec acceptare, non reputarent eū
(vt credo) esse in statu salutis. Et probo ꝑ
teneatur acceptare, quia in. c. omnis, dici-
tur & iniunctam sibi pœnitentiam pro vi-
ribus studeat adimplere. In prædicto. c. est
præceptum obligans ad confitendū semel

in anno: sed sub eisdē verbis dicitur quod
impleat pœnitentiam iniunctam, & confi-
teatur: ergo etiā illud est præceptum. Item
cap. statuimus de maledicis dicitur, si pœ-
nitentiam renuerit peccator iniunctam à sa-
cerdote, interdicatur ei ingressus ecclesiæ,
id est excommunicetur, & ecclesiastica ca-
reat sepultura. Et licet hoc intelligatur de
pœnitentia publica, tamen eadem ratione
intelligendum est de secreta: quia quātum
ad claves nihil refert vtrūm confessio fiat
publicè, vel secrētē. Et credo quod qui an-
tiquitus publicè confitebātur, non iterum
confitebantur secrētē. Probatur etiā, sacer-
dos habet potestatē remittēdi & soluendi
culpam & pœnam, ergo & ligandi quo ad
culpam & pœnā. Item quilibet iudex in fo-
ro cōtentioso habet potestatem imponen-
di pœnam pro crimine, & aliis tenetur ac-
ceptare, quare ergo iudex ecclesiasticus
nō habebit hanc potestatem in suo foro?

¹⁹³ Q V A E R I T V R , vtrū sacerdos ha-
Confel- *for nō po* beat potestatem imponēdi quācunq; pœ-
test im- nitentiā voluerit pro suo arbitrio? Respō.
ponere non oportet q̄ per pœnitentiam iniunctā
à con-

à confessore, pœnitens satisfaciat pro tota ^{quācūq;}
 pœna omnium peccatorū suorum. Nam ^{volueris}
 aliás frustrā esset purgatorium. Secūdò di-
 co q̄ sacerdos non potest imponere quan-
 tācunq; pœnam grauem: & quādo esset in
 tolerabilis, pœnitens nō tenetur obedire.
 Vtrum autem debeat sacerdos ponere ali
 quam pœnitētiam sub consilio, fac hoc, &
 si volueris fac etiam istud. Palude consulit
 ita facere, & Silvester, & alij. Hoc etiā lau-
 dat S. Tho. Propter quod dico, quòd talis
 pœnitentia propter consilium sacerdotis
 est magis meritoria, quā si eam faceret ex
 arbitrio proprio solummodo.

Q V A E R I T V R , vtrūm secūdus cō-
 fessor possit commutare vel tollere pœni-
 tentiam impositam à primo cōfessore? De ^{Confes-}
 hoc sunt opiniones. Silvester & isti dicūt ^{for pot}
 quòd non potest nisi cōfiteatur. Sed puto ^{mutare,}
 probabilius q̄ potest, quia secundus cōfes-
 sor est iudex & habet potestatē super istū, ^{vel tolle}
 & ideò satis est q̄ pœnitēs cōfiteatur pec-
 catū illud, q̄ nō fecerit pœnitētiam sibi in- ^{re pœni-}
 iunctam ab alio: & potest cōfessor, ^{ab alio} ^{cōfesso-}
 lere totā, vel minuere, vel etiā cōmutare. ^{re iniun-}

DE EXTREMÆ VNCTIONE.

Vtrum autem confessor teneatur semper aliquam iniungere pœnitentiā pœnitenti, posset dubitari. Sed dico quod sic, quia est iudex, & grauiter peccaret si nullā impone-ret: nisi esset ex magna & rationabili cau-sa, ut in articulo mortis, vel si videret quod pœnitens nullam acceptaret pœnitentiā (si tamen hoc cōtingere possit vñquam.) Hæc de satisfactione dicta sufficient.

■ SEQVITVR DE SACRA-
mento Extremæ vnctionis.

■ De quo (licet sit sacramentum exeun-tium) prius tractatur quam de matrimo-nio, & de ordine. Quia prius agendum est de sacramētis quæ pertinēt ad omnes chri-stianos, quam de hijs quæ spectant solum ad certum genus personarū. Et de hac ma-teria tractatur à doctoribus. 4.d.23.

195

Extre-ma vñ-
ctio est
sacramē-tum.



RIM O queritur, an extrema vñ-
ctio sit sacramentum? Respon-se-
cundum omnes catholicos quod sic.
Quia est inuisibilis gratiæ visibilis forma,
nam

nam significat gratiā interiorē, cum eius effectus sit remouere reliquias peccatorū. Et confert gratiam iuxta illud Iacob. 5. & si in peccatis fuerit dimittentur ei. Ex quo patet quòd si peccator cum sola attritione recipiat hoc sacramentum, recipiet gratiā virtute illius, & remissionem peccatorum mortalium. Item probatur quòd sit sacramentum, quia in cap. ad abolendam de hæreticis, excommunicātur, qui aliter sentiūt de sacramētis quām sentit Romana ecclesia: sed ecclesia Romana in cōcilio Florentino sub Eugenio. 4. determinauit quòd extrema vñctio est vnum de septem sacramentis ecclesiæ. Et in cap. illud superfluum 95. distinctio. idem determinatur, ergo ita tenendum est de fide, & oppositum est hæreticum.

QVAERITVR, à quo sit hoc sacramentum institutum, an à Christo? Magister. 4. d. 23. ex verbis Hugonis ait, quòd ab apostolis Iaco. 5. Sed cum sacramēta nouæ legis conferant gratiam quam solus Christus confert: tenēdum est omnino à Christo institutus instituit hoc sacramentum. Nam insti-

R 4 tuere

196
Extre-
ma vñ-
ctio an
sit à Cri-
sto in-
stitu-
ta.

tuere sacramenta pertinet ad potestatem excellentiæ, quam solus Christus habuit. Quod autem dicit magister, quod fuit ab apostolis institutum, intelligendum est secundum S. Tho. φ est ab apostolis promulgatū. Sed ubi legitur in sacra scriptura huius sacramenti institutio? S. Tho. & omnes alij dicunt quod nō est expressus locus ubi fuerit institutum. Habemus tamen quod sit sacramentū ex traditione ecclesiæ, quæ in his quæ sunt fidei errare non potest: & hoc sufficit nobis. Euangelistæ nō curauerunt tradere nisi necessaria ad salutem, ut de baptismo, pœnitentia, eucharistia, quæ sunt sacramenta necessaria. De confirmatione verò & extrema unctione propter ea siluerunt, quia non sunt necessaria ad salutem: quanuis Marci. 6. videatur fieri de hoc sacramento mentio, cum duodecim vngabant infirmos oleo.

197 QVAERITVR, quis sit effectus humanus ex extrema effectus. Respon. φ hoc sacramentum nō imprimet characterem, & ideo est iterabile. Patet, quia in concilio Florentino dicitur, quod solum tria sacramenta imprimunt

primunt characterem, baptismus, cōfirmatio, & ordo. Secundò dico quòd effectus principalis huius sacramenti est remissio peccatorum, minùs principalis est sanitas corporis dicēte Iacobo, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis fuerit dimittentur ei. Sed tota difficultas est, ad remissionem quorū peccatorum ordinetur. Ricardus, Bonauētura, Scotus, Durandus, & Maioris, dicunt q̄ ordinatur ad remissionem venalium. Sed contrà quia cōtra venialia sunt multa remedia, & faciliora, vt aqua benedicta, oratio dominica, tunsio pectoris, &c. & in cæremonijs huius sacramēti, vna est confessio generalis, in qua remittuntur venialia: ergo non ordinatur ad remissionem venialium. Item quia si ordinaretur ad remissionem venialium, deberet conferri sanis. Dico igitur cum S. Tho. q̄ ordinatur ad reliquias peccatorū, quæ sunt, debilitas potentiarum, tristitia, & alia quæ impediunt animā cogitare de Deo. Et propterea confertur hoc sacramētū infirmis vt possint facilius resistere tentationibus de monum, quæ tunc maxime insurgunt: & remotio

remotio illa est exhilaratio cordis ut habeatur in cap. vnicō de sacra vnctione. Idem dicit etiam Palude. Non negamus tamen quin remittat venialia , imò & aliquando remittit mortalia . In peccato ergo sunt tria, macula, pœna, & reliquiæ. Ad tollendam maculam, in ingressu nouæ vitæ ordinatur baptismus . Post perditam verò vitæ spiritualem ordinatur pœnitētia ad tollendum maculam . Ad pœnam verò nō est ali quid de per se ordinatum . Manet ergo ad reliquias peccatorū extrema vnctio . Et reliquiæ istæ sunt quædam qualitates infecti uæ animæ , & naturalis impotentia , & ineptitudo quæ remanet post peccatum ad exercendum bona opera , & ligamē quod dam animæ ad opera virtutis, quod prouenit à peccato . De secūdo effectu qui est sanitas corporalis, dicitur in cōcilio Florentino quòd non semper sequitur, sed quando expedit infirmis bene valere.

198

Extre-
ma vn-

Etio est

Q V A E R I T V R , cum hic sint multæ vnicūsa vnctiones , & multæ formæ , an vnctio sit eramen vnicum sacramentum, vel plura? Responsum. secūdum omnes q̄ est vnum sacramentū, sicut

sicut vnū artificiale, vt vna domus, & vna curatio: quæ sit in radicibus peccatorum, hoc est in quinque sensibus. Sed quæres in qua illarum vñctionum datur gratia? Respondet. S. Tho. quòd in vltima.

Q V A E R I T V R, quæ sit materia huius sacramenti? Resp. q̄ omnes cōueniunt quòd est oleum. Et habetur ex verbis Iacobis. Orent super eum vngentes eum oleo. Et in cap. vnicō de sacra vñctione. Et in concilio Florentino. Et ratio cōuenientiæ est, nis. quia hæc curatio est vltima, & debet esse perfecta: ac debet significare spem qua tūc infirmus maximè indiget, quæ quidē spes significatur per lenitatem olei. Oleum enim est optimum ad curandum, quia maximè penetratium est. Nomine autem olei intelligitur oleum oliuarū: sicut nomine panis intelligitur triticeus, & nomine vini, vītis. Sufficeret autem oleum rosaceum, nisi sit multū corruptum. Et in cap. vnicō de sacra vñctione præcipitur, q̄ non mittatur balsamum. Idem habetur in concilio Florentino. Hoc autem oleum de necessitate præcepti debet esse benedictum ab episco-

po:vt patet in dicto cap.vnico.Ratio qua-
re debet esse benedictum, est, quia mate-
ria omnium sacramentorum habentium ma-
teriam , præter actus recipientis, debet esse
consecrata, seu sanctificata:quia est instru-
mentum ad cōferendam sanctitatem. Ma-
teria autem sacramentorum quibus Chri-
stus v̄sus est, non indiget alia sanctificatio-
ne:quia per cōtaetum sui sacratissimi cor-
poris eam sanctificauit , vt aquā in baptis-
mo,panē in eucharistia . Materia vero ex-
tremæ vñctionis, & materia confirmatio-
nis indigent benedictione : quia his sacra-
mētis non est v̄sus Christus . Posset autem
simplex sacerdos ex cōmissione papę oleū
cōsecreare,vt tenet Palude,Scotus,& Cai-
tanus.3.p.q.72.arti.3.

200 Q V A E R I T V R , an esset verum sa-
oleū vñ cramentum si quis vngereret oleo nō conse-
crato? Palude & Duran.dicunt q̄ papa nō
posset vngere oleo non cōsecreto . Caietā
nus dubitat, an cōsecratio olei sit de necel-
litate sacramenti.Et ideo probabiliter cre-
do,q̄ non est de necessitate sacramenti, li-
cet sit de necessitate præcepti . Patet quia
Iaco.

Iaco.5. Est expressa materia huius sacramēti, & forma, & minister: & tamen nulla sit mentio de consecratione olei, ergo. Item in. c. pastoralis de sacramentis nō iterādis, Innocentius tertius requisitus, an ille qui erat cōfirmatus oleo non benedicto', esset iterum confirmandus? Respondit nihil est iterādum, sed cautē supplendum quod incautē fuit omissum: ergo nō erat repetēda forma, ac proinde fuit verū sacramentum. Et eadem ratio erit de extrema vñctione.

Q V A E R I T V R , quæ sit forma huius sacramenti? Respon. q̄ forma est deprecatiua quam nunc tenet ecclesia. Quia ex Iacobō patet sic debere esse cum dicat orent pro eo: oratio autem idem est quod deprecation. Ratio verò quare forma huius sacramenti non est indicatiua sed deprecatiua, est, quia iam infirmus est à se destitutus, & eget aliorū preicatione. Item quia iam trāfit ad aliud forū, & cōmendatur alteri foro per hoc sacramentum. Forma ergo qua nunc vtitur ecclesia, est de necessitate præcepti: vt patet in concilio Florentino. Secundò dico, si aliquæ ecclesiæ vtantur for-

201.

*Forma
sacramē
ti vñctio
nis.*

ma

ima indicatiua, videtur pium q[uod] sufficiat. Et hoc etiam ponit Ricardus, & Duran. quia alias ecclesia nō permitteret tantum errorem. Quanuis Capreolus non putet esse probabile, q[uod] aliquæ ecclesiæ vtantur forma indicatiua tantum. Tertiò dico, quod ecclesia posset mutare formam dummodo esset deprecatiua: quia Iacobus non dicit nisi orent. Est ergo forma, Per istam uincionem & suam piissimam misericordiā indulget tibi Deus quicquid deliquisti per visum, auditum, &c.

202 Q VAE R I T V R, utrū hoc sacramen
Vnctio- tum sit de necessitate salutis? Resp. secun-
nis 1a- dum omnes q[uod] nō, sed sola tria, baptismus,
cramen eucharistia, pœnitentia, quæ ordinātur ad
non est de ne gratiam & remissionem peccatorū. Duo
cessitate alia sunt quibus nolle vti esset peccatum
saintis. mortale, vt confirmatio, & extrema uincio.
 Alia duo sunt, quibus licet nolle vti, vti ma-
 trimonium, & ordo. Vnde si quis etiam ex
 negligētia nō reciperet extremam uincio-
 nem, non peccaret mortaliter. Si verò ex
 contemptu, peccaret mortaliter: vt si quis
 supposita fide huius sacramenti, nollet ui-
 illo.

illo. Ita tenent omnes, & Caieta.

DE ministro verò huius sacramenti di 203
co q̄ est omnis sacerdos: vt patet ex verbis ^{Minis-}
Iacobi. Et quia hoc ordinatur ad remissio ^{ter sa-}
nem peccatorū, & omnis sacerdos potest ^{cramēti}
peccata remittere, ac proinde quilibet sa- ^{vnḡtōis}
cerdos potest hoc sacramentum ministra- ^{est om-}
re, nō ex commissione prælatorum, sed ex ^{nis sa-}
cerdos.
officio, quia hoc nō pertinet ad iurisdictio
nem. De iure verò & nō de necessitate sa
cramenti requiritur, quòd sit proprius sa
cerdos. Sed proprio sacerdote deficiente,
quilibet sacerdos (præter religiosos) in ne
cessitate potest, & debet communicare in
firmum, & vngere.

Q V A E R I T V R, an sanis debeat hoc 204
sacramentum cōferri? Respondeo secun- ^{Vnḡtōis}
dum. S. Tho. & alios, q̄ non. Patet ex ver- ^{nis sa-}
bis Iacobi. 5. Infirmitur quis in vobis. Itē ^{cramen}
quia hoc sacramentū est curatium, & ex- ^{tū infir-}
teriūs debet significare quod interiūs fa- ^{mis dan-}
cit: curatio autem solis infirmis conuenit, ^{dum.}
ergo soli illi debent inungi. Si autem quan
do vnguntur moriantur, non procedatur
vleriūs. Si verò sit dubium, vngat sub du
bio

bio dicens: si es mortuus, non te vngo: si ve
rò non es mortuus, per istam vunctionem
& suam pijssimam, &c.

205 Q V A E R I T V R, vtrum omnes in-
Infirmi firmi sint vngendi? Respon. q communis
in mor- sentētia est, quod solus infirmus qui est in
et in peri- periculo mortis probabilis, est capax hu-
cule sūt vngēdi ius sacramenti. Probat. S. Tho. quia hoc sa-
sed non crāmētum est vltima medicina, vt etiā so-
omnes. nat ipsum nomē extrema vunctionio: ergo est
adhibēda, quando non est aliud remediū.
nec spes. Nec tamē infirmi omnes qui sunt
in tali periculo, sunt vngendi. Nam primō
excipiuntur pueri: quia in ipsa forma dici-
tur, indulgeat tibi Deus quicquid deliqui-
sti. Et eadem ratione excipiūtur perpetuō
demētes, quia nunquā peccauerunt actua-
liter. Nec beatissima virgo esset vngenda,
quia caruit omni peccato. Is autē qui adul-
tus baptizatur, si illicō infirmetur ad mor-
tem, est vngendus, vt tenet Palude, & Ho-
stiens. quia instant ei magna certamina. Ex-
cipiūtur etiā damnati ad mortem, quia nō
sunt iam capaces salutis corporalis, qui est
vnus effectus huius sacramenti. Excipiun-
tur

tur etiam furiosi & amentes, qui habēt dilucida interualla, nisi fuerint bonæ vitæ, & formaliter illud petierint. Hoc est propter defectum venerationis.

Q V. A E R I T V R, in quibus partibus est vngédus infirmus? Videtur q̄ in omnibus, quia significat hoc sacramētum perfectam animæ curationem, ergo debet vngi in toto corpore: quia anima est in qualibet parte corporis. Respō. quòd in medicatinib⁹ corporalibus applicantur medicinæ non omnibus partibus quę dolent, sed vbi est radix morbi. Et quia tres sunt radices morbi spiritualis: videlicet, ratio dirigens, appetitus mouens, & prosequēs. Principia rationis per quæ intelligit, sunt sensus (nihil enim est in intellectu quin priùs fuerit in sensu) ideo vngūtur omnes sensus. Principiū verò mouēs appetitum, est dilectio: vnde vnguntur renes, vbi viget dilectio. Fœminę verò propter honestatem, nec in renibus, nec in vêtre sunt vngendæ. Pedes verò vngūtur, quia sunt p̄secutiui, & executiue se habent. Vnctio quidē in sensibus est de essentia, non autē vnctio in renibus.

S Quia

Quia principiū dirigēs, est principiū omnium aliorū. Et ideo in aliquibus partibus nō vnguntur: & melius esset q̄ nō esset in usu. At mutilati vngūtūr in partibus proximis. Et etiā cæci à natuitate sunt in oculis vngédi. Quia tales possent per alias sensationes desiderare videre mulieres.

207 Q V A E R I T V R , vtrū hoc sacramen
Vnctio-
nis sa-
eramen
sumite-
rabile. tum sit iterabile? Respōd. q̄ sic in diuersis infirmitatibus. Quia nō habet effectū pertuū, & per iterationem nō fit iniuria sacramēto, quasi insufficiens sit. In eadem infirmitate potest iterari. Quia habet p̄ materia infirmitatem periculosam: & sic quotiescunq; sit in periculo mortis, putā, si cōualeſceret & iterum perueniret ad periculum mortis, effet vngendus. Et hæc de extrema vncione sufficient.

208  Sequitur sacramentum Ordinis de
Ordines
sēs septē
an fint
à Chri-
ſo insti-
tuti. quo Magister & doctores tractant
 in. 4. dist. 24. & deinceps.

 R I M O igitur quæritur, an omnes septem ordines sint ex institutione diuina? Postquā Magister egit de sacramentis quæ spectant ad priuatūm

remedium singulorum fidelium, hic
ipit tractare de sacramētis quæ dantur
officium, & bonum cōmune: vt ordo,
nrimonium. Respond. igitur primò
le sacerdotio & diaconatu nemo est qui
bigat, quin sint à Christo instituti, nec
retici hoc negant. Sed de alijs est dubiū.
Magister quidem dicit, q̄ Christus reli-
omnes illos ordines seruandos in ec-
ia. Et Palude. 4. dist. 24. quest. 1. tenet q̄
nes septem ordines sunt ex institutione
ina. Ita etiam. S. Tho. videtur sentire,
ahic dicit, q̄ omnes septem ordines cō-
nt gratiam ex opere operato, quod nō
est esse si ab ecclesia essent instituti. Re-
nd. in primis, q̄ isti septem ordines nō
t nouum inuentum, vt putant heretici,
est antiquissimum institutum quo nul-
est antiquius. Quod probatur testi-
nijs sanctorum. Anacletus qui successit
menti in cap. 2. sui decreti dicit, Episco-
Deo sacrificās, testes secum habeat, &
res quam alij sacerdotes: in solenniori-
bus diebus habeat tres, aut quinque dia-
cos, & subdiaconos, atque reliquos mini-

stros qui sacris induiti, &c. Ecce men diaconorum, & subdiaconorū, & ali mei Et Ambrosius etiam super illud Ephes, or ipse dedit quosdam quidē apostolos, Flo euangelistas, fundat omnes ordines i nta cra scriptura. Et Eusebius lib. 6. Ecclesiæ sin cæ historiæ. c. 33. recitat epistolam Com fa lij ad Fabianum Antiochenum in qua ritu merat omnes ordines ecclesiæ, qui qui sur præcessit nos mille annis & supra. Et Hc m ronymus in argumēto quod præponiteri episto. 1. Thessalon. dicit. Hos Thessaloclo censes collaudat apostolus, scribens eis un Titum diaconum, & Onesimum acolper In sacra verò scriptura nō est de omniliu. E mentio. Possumus igitur dicere, q̄ o m̄ re hi ordines fuerūt instituti à Christo in le: ticulari ipso viuente, vel saltem genera ter. Quia Christus dedit potestatem ecce siæ constituendi ministros, & consecrati eos ad sacrificium eucharistiæ. Et ad hoc g sensum omnes hi ordines sunt instituti à Christo, per hoc quod dedit potestatē tū clesiæ consecrādi, & ordinandi ministre quotquot viderit expedire.

em QVAERIT VR, vtrum ordo fit sa- 209
 aliq[ue] mentum? Respon. & est cōclusio catho
 ph[il]e, ordo est sacramētum. Patet quia in cō
 s. Florenti numeratur inter septēm sacra
 menta. Sed est dubium vtrum omnes ordi
 nes sint sacramenta? Durandus dicit, q[uod] so-
 non sacerdotium per quod datur potestas
 iuritualis est sacramētum. Alij autem ordi-
 nes sunt quædam sacramētalia. Adducit ad
 h[oc] multas rationes in. 4. d. 24. q. 2. quas ibi
 omnis videre. Contrarium tenent omnes
 salictores, videlicet, q[uod] omnes ordines sunt
 eis[us] sacramentum. Hoc affirmit. S. Tho-
 m[as] obertus Mag. Bonavent. Almain, Maio.
 nnili. &c. Et patet quia quilibet ordo est sa-
 crum rei signum, & in eo datur aliquid spiri-
 tū in le: quia si alij ordines essent sacramenta
 ner, darentur simul cum sacerdotio. Sed ri-
 nunc ecclesiæ est in cōtrarium, imò multi re-
 cruiunt minores ordines nolentes ulterius
 d[omi]n[ic]i hogredi, ergo. Ego nisi esset opinio tanto
 latior doctorum in cōtrarium, mallem tene-
 atē. Durand. nescio enim quid cogat po-
 niste quatuor ordines minores esse sacra-
 mentum. Nam quæ potestas est illa spiri-
 tualis

tualis in acolytho, deferre cereos, & re materiam subdiacono? Item prima sura nec est sacramentum, nec proprio do: & in ostiario qui habet aperire fore clesiæ, &c. Sed tamen quia omnes op tum tenent nō auderem hoc tenere. C in. q. quam fecit de ritu ordinis, tener Durando ꝑ solum sacerdotiū est ordo sacramētum à Christo institutum, on verò alia sunt sacramentalia. Idem videlicet dicere. 3. p. q. 64. art. 3. 1. Dico igitur ad hanc questionem ꝑ tenenda est communio. Secundò dico, ꝑ opinio Durandi Caietani est probabilissima, scilicet quod solum sacerdotiū est sacramētum, vel si quòd quatuor minores ordines nō sunt sacramentum. Hoc probatur, quia sacramētum est de iure diuino, sed non omnes ordines sunt de iure diuino, ergo. Probatum minor, nam c. à multis de ætate & qualitate ordinādorum, Innocentius vir doctus allegans Vrbanum papam dicit. Vnus ait ꝑ solum presbyteratus & diaconus sunt sacri ordines, & ꝑ illi solum legitur fuisse in primitiua ecclesia. Et illa

tentia Urbani habetur.c. nullus. dist. 60. &
in dicto cap. à multis dicit Innocentius ter-
tius, subdiaconatus hodie inter sacros ordi-
nes computatur: ergo non anteā. Item. i. Ti-
mothe. 3. & ad Titū. i. Paulus describit mo-
res episcoporum & diaconorū: & nihil di-
cit de subdiaconis, nec de alijs minoribus
ordinibus. Fit tamen metio de minoribus
ordinibus apud Dionys. cap. 3. ecclesiasti-
cae Hierarchiæ, vbi etiā meminit de ostia-
rijs. Et Beatus Ignatius martyr epistola. 8.
ad Antiochenos cum duceretur ad marty-
rium. Saluto sanctum presbyterū vestrū,
saluto diaconos, subdiaconos, acolythos,
exorcistas, &c. Et est determinatio conci-
lij Laodi. cap. 23. & Calced. c. 14. & Cartha-
ginensis tertij capite. 16. & Carthaginensis
quarti cap. 6. & Toletani primi cap. 28. in
omnibus his aprobātur minores ordines.
Et in epistola secunda beati Clementis, de-
cretum Innocentij, & decretum Zozimi
cap. 3. Sunt ergo minores ordines ab anti-
quo in ecclesia. Et sic est probabile quod
sunt de iure diuino, & per consequens sa-
cramentum.

QVAERITVR, vtrum in hoc sacra

In sacra mento requiratur aliqua materia? Respō.
mēto or- quòd sic. *Quia omnia sacramenta constat*
dinis re ex rebus & verbis, vt ait Augusti. & Ma-
quisi- gist. Hæc est omniū sententia. Sed S. Tho.
tur ma- ponit differentiam inter materiam aliorū
teria. sacramentorum & materiam huius. *Quia*
 in alijs sacramētis tota efficacia est ab ipso
 Deo & sacramento, sed in hoc efficacia est
 partim à ministro: episcopus enim dat po-
 testatem. Idcirco in alijs sacramentis mate-
 ria concurrit, vt det perfectionem sacra-
 mento, quia minister nihil facit: in hoc au-
 tem sacramento materia se habet solūm
 materialiter. Et licet in hoc conueniat om-
 nes, non est tamen mihi certum, quòd sit
 necessarium ex iure diuino, quod tradatur
 calix presbytero. *Quia* in scriptura nō ha-
 betur, quòd siebat nisi per manuum impo-
 sitionem. i. Timotheum. 4. & 5. Nec etiam
 requiritur manuum impositio: vt patet in
 cap. presbyter de sacramentis non iteran-
 dis. Ideò forsitan solis verbis consecrat epi-
 scopus sacerdotes & alios ministros. No-
 lo tamen aliquod nouum afferere.

Quæri-

QVAERIT VR, supposito q̄ requi- 211
 ratur materia, an sit necessarius contactus *In sacra
mēto or-
dinis am-
requirat
cōtactus
materie*
 materiæ, putà calicis, vel librī? Caiet. quod
 lib. I. q. 16. dicit q̄ sine dubio requiritur rea
 lis cōtactus: nec hoc debet haberi pro opi-
 nione. Quia in omnibus alijs sacramentis
 vbi est materia requiritur contactus realis,
 vt in baptismo, confirmatione, & extrema
 vñctione, ergo etiam hic. Et hoc etiā signi-
 ficatur in forma, quia dicitur: accipe cali-
 cem, vel librū. S. Tho. in additionibus. q.
 34. art. 5. 3. relinquit hoc sub dubio. Et cre-
 do q̄ posset sustineri, quòd non est necessa-
 rius iste cōtactus. Nec ego dānarem eum,
 qui negligētia vel alia ex causa nō tange-
 ret calicem, & haberem eū pro sacerdote.
 Quia tempore apostolorum non erat ne-
 cessariū nisi imponere manus. De alijs mi-
 noribus ordinibus non est dubium, nisi q̄
 non requiritur. Verum est, quòd si defice-
 ret illud per quod ecclesia intendit trade-
 re officium, q̄ non haberet illud. Durādus
 dicit, quòd in suo episcopatu non tradeba-
 tur liber diaconis. Sed sequenda est cōmu-
 nis opinio. Iste autem cōtactus debet esse
 simul

simul cū verbis, vt verificetur forma quæ de præsenti dicit, accipe. Sed satis est q̄ sit ibi simultas moralis; sufficit em̄ q̄ post verba sine multa mora succedat contactus.

212

*Ordo in
primit
chara-
eterem.*

Q V A E R I T V R, an ordo imprimat characterem? Respō. q̄ sic, quia character est potestas ad aliquid spirituale: & h̄c datur potestas circa sacramentum eucharistiæ. Et ita etiam habetur in concilio Florent. Et de sacerdotio non est dubitādum. De alijs si non sunt sacramēta, nō est opus dicere quòd imprimant characterem.

213

*Ordo in
ordini-
bus reci*

Q V A E R I T V R, an sit ordo in his sacramētis? i. an possit fieri diaconus qui nō est subdiaconus? Respond. q̄ est præceptū quòd seruetur ordo, & qui illum nō serua piendis. ret, peccaret mortaliter. Secundò dico q̄ iste ordo nō est de necessitate sacramenti. Patet in cap. ynico de clero ordinato per saltum. Et qui sic est ordinatus debet suscipere ordines quos omisit dūtaxat, à quo-cunque ordine incipiatur. Si autem nō sit baptizatus, & susceperit ordinem: non est ordinatus: vt patet in cap. veniens de presbytero iam ordinato & nō baptizato, vbi præci-

præcipitur, quod baptizetur, & iterum ordinetur. Si autem ordinetur antequam sit confirmatus, ordo tenet. Et puto quod qui ex negligentia hoc præteriret, non peccaret mortaliter, licet male facheret. Quia non inuenio præceptum aliquod.

QVAERITVR, an qui suscipit ordines in peccato mortali peccet mortaliter? Respondeo quod si suscipiat sacerdotium, peccat mortaliter, & est sacrilegus. Idem est de alijs ordinibus si sunt sacramenta. Si autem non sunt sacramenta, videtur quod non sit mortale, licet sit graue peccatum: maxime si suscipiat diaconatum, qui ordinatur proxime ad eucharistiā. Sed utrum peccet mortaliter qui exercet officia sua in peccato mortali? de sacerdotio clarum est. De alijs ordinibus si sunt sacramenta est mortale. Et quia hoc communiter non teneatur quod tales peccent mortaliter, ideo verisimilius est quod haec non sint sacramenta. Nihilominus (citra mortale) grauitet peccat talis.

QVAERITVR, quis sit collator huius sacramenti? S. Tho. cum alijs dicit quod solus episcopus est minister ex officio suo.

Pater

Pater quia solus episcopus potest consecrare templa, vasā, & vestes sacras: sed homo magis dicatur diuino cultui per susceptionem ordinis quam illa, ergo. Item patet ex cap. quanto, extra de consuetudine. Sed utrum cōferre ordines possit committi nō episcopo. Respondeo de minoribus ordinibus iam in iure est collata potestas aliquibus non episcopis. Possunt enim minores ordines conferre presbyteri cardinales, & aliqui abbates sancti Benedicti circa monachos suos, & laicos sibi subditos. Ut habetur. 21. d. c. 1. & 2. Et. d. 69. cap. quoniā. Et de aetate & qualitate. cap. cum contingat, &c. abbates de priuilegijs ti. 6. & in multis alijs locis iuris. S. Tho. 3. p. q. 72. art. II. & 4. d. 7. q. 3. art. 1. quæstiuncu. 3. ait q̄ solus episcopus habet ex officio suo conferre ordines, & quod episcopus nō potest committere non episcopo potestatem conferendi ordines, etiam minores: & si cōmitteret, nihil esset factum. Papaaverò potest committere sacerdoti collationem minorū ordinum: & re vera iam cōmisit. Quartò dicit. S. Tho. quod collatio ordinū etiam minorum

norum non potest cōmitti non sacerdoti,
nec collatio maiorū ordinum potest com
mitti nisi episcopo duntaxat . Idem tenet
Palude. 4.d.7.q.4.conclusione.2.Nam epi
scopus & papa nō habent maiorem pote
statem circa corpus Christi verum, quām
sacerdos: licet circa corpus Christi mysti
cum, quod est ecclesia, papa habeat plenif
ferim potestatem: ac proinde illa quæ spe
stant ad corpus Christi mysticum, subsunt
potestati papæ. Et quia potestas conferen
di ordines est solūm potestas circa corpus
Christi mysticum, ideo papa potest com
mittere alteri talem potestatem. Quia ve
rò potestas supra corpus Christi mysticū.
præsupponit potestatē supra corpus Chri
sti verum, ideo papa non potest committe
re potestatem conferendi ordines , nisi sa
cerdoti, qui solus habet potestatem supra
corpus Christi verum.

Q V A E R I T V R, vtrum papa possit
committere potestatem conferendi maio
res ordines sacerdoti nō episcopo? S.Tho.
& Palu. & omnes dicunt q̄ non, nihilomi
nus (vt fertur) papa de facto cōmisit qui
busdam

21

*papa
posse**mitti**sacer*

busdam abbatibus. S. Benedicti. Saltem de
subdiaconatu viði ego bullam papæ qui-
busdam abbatibus ordinis Cisterciensium
cōcedentis quòd possent conferre subdia-
conatum. Et alij dicunt quòd diaconatum
etiam. Si hoc ita est, ego dico q̄ factum te-
net, excepto sacerdotio: aliás esset intolera-
bilis error. Quāuis de hoc dubitet Maio-
ris dicēs q̄ papa extēdit potestatem suam,
& q̄ securius esset ab alio sumere. Sed pu-
to illud securum & sine scrupulo.

SED quæritur vtrūm episcopi hæreti-
ci, schismatici, aut excommunicati, possit or-
dines cōferre? Respondeo, q̄ peccant tam
recipientes, quām ipsi cōferentes: nihilo-
minus tamen veros ordines, & verū sacra-
mentum conferunt: non est dubium.

Q V A E R I T V R, de impedimētis or-
dinandorum, vtrum fœmina possit ordi-
nari. Respon. secundum omnes quòd nō.
Probat. S. Thom. quia ordinati in ecclesia
præficiūtur alijs, fœminæ verò officiū est
subesse. Et prohibitū est eis in ecclesia lo-
qui, quod est officiū sacerdotum. Item se-
cundum Paulum. i. Corinth. ii. Mulieres
non

non debent tonderi, sed initium ordinis est tonsura.

DE pueris verò non habentibus usum 218
rationis dicit S. Tho. quod esset contra præceptum eos ordinare saltem maioribus ordinibus, quia minoribus permittitur in septenario. Secundò dicit quod si puer in cunis ordinaretur in sacerdotem, esset vere ordinatus. Quia hoc sacramentum non requirit actum ex parte suscipientis sicuti & baptimus & confirmatio.

Homicida autem post baptismum non 219
potest ordinari ex traditione ecclesiæ. Si autem de facto ordinetur, tenebit. Per homicidium verò intelligitur in proposito, omnis voluntariè occidens, aut mutilans aliū, vel seipsum post baptismum: siue id fiat licet, siue illicet: omnis talis est irregularis, occidatque ut iudex, lictor, & etiam mandans, præcipiens, consulens ut aduocatus. Et extenderuntur hæc irregularitas ad eos qui concomitantur malefactorem seruantes, ne rapiantur illi qui sunt morte plectendi, quia quodammodo cooperatur homicidio. Nescio tamen an hoc sit expressum in iure: si non est,

est, nolle m eos cōdemnare: nisi propterea
qui concomitantur, sic sunt causa mor-
tis, quod non sequeretur mors si ipsi nō cu-
stodirent reum. Qui autem pugno extra-
hit dentem, non dicitur mutilator, ac pro-
inde nec est irregularis: quia pœnæ iuris
sunt restringendæ non ampliandæ. Deil-
lis qui sunt causa quod alij citius moriātur,
ut assistentes infirmis, & vertentes illos: di-
co quod si hoc faciant hoc prætextu ut ci-
tius moriantur, fortè manent irregulares.
Si verò bona fide id faciant non puto eos
incurrere irregularitatem, quæ est grauif-
fima ecclesiæ pœna. Si autem quispiam se
defendendo alium occidat, antiquitus &
tempore S. Thom. erat irregularis, ut ipse
ait. 3. p. q. 39. art. 4. Sed hoc reuocatū est per
nouam Clementinam, si se defendat cum
moderamine inculpatæ tutelæ. Et talis nō
erit irregularis, sed poterit illotis manibus
celebrare. Ecclesiastici quoq; ponentes iu-
dices, & exhortantes ut seruent iustitiam,
nō sunt irregulares. Non defendēs autem
aliū qui occiditur, si ex officio tenebatur
defendere, est irregularis. Si verò nō tene-
batur

batur ex officio, non erit irregularis.

Q V A E R I T V R , de annexis ordini. 220
 Primò de tonsura, an sit conueniens quòd
 ecclesiastici tondeantur? S. Tho. & omnes
 dicunt esse conueniens. Primò ratione fi-
 guræ, nam significatur ecclesiasticos esse
 reges: iuxta illud Petri, vos autem genus
 electum, regale sacerdotium. Et figura cir-
 cularis est perfecta, significat perfectio-
 nem quam habere debet supra omnes a-
 lios, qui debet regere in spiritualibus. Ton-
 dentur autem in superiori parte, ne mens
 eorum temporalibus impediatur à diui-
 nis contemplandis. Vel ut ait Beda, & Ra-
 banus, gestamus coronam non quia apo-
 stolus Petrus sic attonsus est, sed propter
 passionē Christi in qua ipse coronam spi-
 neam portauit. In concilio Toletano. 4.
 sub Isidoro cap. 41. reprehenduntur om-
 nes clerici qui in summitate capitis modi-
 cum circulum tondebant, & dicitur quòd
 iste est modus hæreticorum, & mandatur
 quòd detonso superius toto capite, infe-
 riùs solum circulum coronæ relinquant.
 Hæc in Hispania seruabantur, iam omnia

T lapsa

Clericis
 tonsura
 conuenie-
 ter dat.

lapsa sunt in deterius. Tonsura autem ista
 nō est ordo secūdum sanctum Thomam.
 Nam ordines non dantur sine celebratio-
 ne missæ , tonsura autem datur extra cele-
 brationem . Item quia per tonsuram nulla
 potestas particularis spiritualis datur , nec
 tonsura ordinatur ad eucharistiam , ad quā
 omnes ordines diriguntur : & sic propriè
 loquendo non est ordo , quanuis in cap-
 cum contingat , de ætate & qualitate ordi-
 nandorum , clericatus vocetur : sed capitur
 ibi ordo largè . Est autem Hispaniæ ma-
 gnis abusus quod tonsurantur sine qua-
 cunque intentione veniendi ad chorūm .
 Et ego nō dubito quin peccent plusquam
 venialiter episcopi qui hoc sciunt , & ta-
 men de hoc non pœnitent . De dignitate
 episcoporum , cardinalium , quam antiqua
 sit , & vtrum dignitas episcoporum sit iure
 diuino maior quam cæterorum sacerdo-
 tum , quia rarò hac scientia fideles indigēt ,
 nihil in præsentiarum ponendum iudica-
 ui . Et hæc de ordine dicta sufficiant .

SEQVI-

SEQVITVR DE SACRA-
mento Matrimonij.

DE SACRAMENTO M A-
trimonij tractat Magister. 4. dist.
26. & reiicit illud in ultimum locū
quia minus spiritualitatis habet. Vel quia
prius tractandum erat de sacramentis quæ
ordinātur ad propagationem spiritualem,
& postremò de matrimonio, quod quidē
ordinatur ad propagationem corporalem
seu temporalem.

QUAE R I T V R in primis, vtrūm
matrimonium sit sacramentum? Respon-
deo quod sic, & non est dubium. Nam Ephe-
fios. 5. dicitur, sacramentum hoc magnum
est, ego autem dico in Christo & ecclesia.
Et ita etiam determinatur in concilio Flo-
rentino sub Eugenio. 4. Vtrūm autem con-
ferat gratiam? Respondeo, quod ex eo quod
est sacramentum, confert gratiam non po-
nentibus obicem, & ritè suscipientibus, ut
determinatur in cōcilio Tridentino sessio
ne septima, capitulo sexto, septimo, & octa-
uo. Instituit autem Christus hoc sacramen-

221
*Matri-
moniū
est sacra
mētum.*

rum Matth. 19. quando illud commédauit,
 & præcepit inseparabilitatē dicens, Quos
 Deus coniunxit, &c. ex quo, & ex traditio-
 ne Apostolorum, & magis ex traditione
 Ecclesiæ, habemus quòd matrimonium sit
 sacramentum.

222 QVAERITVR, vtrum matrimo-
Matri- nium contractum per procuratores sit sa-
moniū p cramentum? Respondeat Caietanus, quòd
procurato non. Quia nullum sacramentū potest con-
res con- fici per procuratores. Item quia receptio
tractum gratiæ est actus personalis, & non potest
nō est sa dari vni pro altero: sed in quolibet sacra-
cramen mento nouæ legis confertur gratia, ergo.
 Dicimus tamen quòd licet talis cōtractus
 non sit sacramentum, est tamen verum ma-
 trimonium. Et ita factum fuit Genesis. 24.
 per Eliezer seruum Abraham & patrem
 Rebecæ. Dicit Caieta, quòd facilius pos-
 set papa dispensare in hoc matrimonio,
 quam in eo quod est sacramentum contra-
 stum, scilicet inter præsentes, & per verba
 de præsenti.

SED cùm in omni sacramento inue-
 niatur materia & forma, quæritur quæ sit
 materia,

materia, & quæ forma huius sacramenti? 223
 Palude.4.dift.26. ait q̄ coniuges se habent Matri-
 vt materia, & verba vt forma . Capreo. d. monij
 26.dicit hoc esse probabile . Melius tamen materia
 dicitur cum.S.Tho. q̄ verba vnius coniu- & for-
 gis sunt materia, & verba alterius sunt for- ma.
 ma:putà verba quę primò proferuntur sunt
 materia , & quæ proferuntur vltimò sunt
 forma , quia perficiunt sacramentum . Ita
 ait.S.Tho.4.d.26.q.2.ar.1.2. &.4.d.1.q.1.ar.
 1. quæstiuncula.5.2. Et ita tenendum est si-
 ne dubio,

Q V A E R I T V R , cum in matrimo- 224
 nio inueniantur quatuor , scilicet consen- Matri-
 sus, contractus, mutua obligatioj seu vincu- monium
 lum, & copula carnalis, quod horū sit ma- est obli-
 trimonium? Respondeo primò q̄ non est gationiu
 copula carnalis: nam inter Mariam & Io- tua iter
 seph fuit verum matrimonium sine tali co vxore.
 pulia . Secundò dico quod nec cōsensus est
 matrimoniu. Patet, quia matrimoniu sem
 per durat, consensus verò non semper du-
 rat. Et si dicas q̄ durat virtualiter , dico q̄
 hoc nihil est, quia aliquando pœnitent am
 bo, & dolent de matrimonio. Tertiò dico

T 3 quòd

quòd nec ipse contractus est matrimonii.
 Quia contractus non est nisi expressio cō-
 sensus, sed consensus non est matrimonii,
 ergo nec expressio illius. Item quia matri-
 monium semper durat, estque inseparabi-
 le, contractus verò finitur. Restat igitur
 matrimonii est vinculum & obligatio il-
 la mutua inter virum & fœminam. Pater
 quia matrimonium nihil aliud sonat quā
 organum quoddam & instrumētum ordi-
 natum ad procreandos liberos: sed vincu-
 lum istud quod ponimus ad copulam car-
 nalem inter virum & vxorē, requiritur, &
 est necessariū, & sufficiens ad procreatio-
 nem liberorū, ac eorūdem instructionē:
 ergo illud est matrimonii. Istam mutuam
 obligationem ponit Paulus. 1. Corinth. 7.
 Mulier potestatem sui corporis nō habet,
 sed vir: similiter & vir potestatem sui cor-
 poris non habet, sed mulier, &c.

225
*Consen-
 sus i ma-
 trimo-
 nio ne-
 cessari-
 us.*

Q V A E R I T V R de causa huius vin-
 culi, vtrum ad hoc vinculum causandū re-
 quiratur & sufficiat consensus? Respond.
 quòd consensus requiritur, & est omnino
 necessarius & sufficiens causa matrimonij:

& in

& in hoc omnes doctores cōueniunt. Sed dices, nemo erit certus de matrimonio, quia nemo potest esse certus de consensu alterius coniugis. Respond. q̄ non requiri tur quòd habeamus certitudinem euidentiæ, aut fidei de consensu alterius, sed sufficit certitudo moralis ad securitatem conscientiarum.

SED quid si vñus coniugū habeat certas conjecturas quòd alter coniux nō consensit, vt quando quis contraxit cum puerula quę omnino respuebat tale coniugium, tamen victa fuit à parētibus, an talis possit exigere & reddere debitum? Scotus. 3. d. 4. & alij doctores dicunt, q̄ quando nō constat q̄ fuit timor cadens in virū constantē, & quòd ex tali metu consensit, si illa dixit quòd accipiebat eum in virū, deponenda est conscientia, & licitū est reddere & exigere debitum: & non est dubiū de hoc. Si autem non possit conscientiam deponere, quia vidit maximā resistentiam puellæ, & modò dicit se non consensisse, dico quòd hac conscientia durāte, nec potest petere, nec reddere. Imò dico quòd in tali casu

T 4 estò

estò illa petat, non potest vir reddere debitum, nec peccat per hoc, sed debet illi dicere quòd consentiat modò. Et si consentit, bene quidē. Si autem dicat quòd nec tunc vult consentire, nō potest exigere, nec reddere: non est dubium. Si autem sit dubium pro vtraque parte, deponat conscientiam, & petat & reddat. Quòd si non potuerit conscientiā deponere, non poterit petere, nec reddat debitū. Si verò habuerit formidinem quòd illa non cōsensit, dico q̄ sufficiet probabilitas pro altera parte & agat contra illam formidinē. Et si in tali casu dicat quòd non consensit, non credat ei: nam si crediderit, non poterit ad eam accedere. Et si illa petierit debitū, faciat eā prius consentire, & posteā reddat.

227 Q V A E R I T V R , quid faciendū quā
Cōjugū do aliquis contraxit cum aliqua secretē, &
^{altero di-} postea ille negat matrimoniu & contrahit
^{cente se} publicē cum alia, an illa prius relicta pos-
^{nō cōsen} sit contrahere cum alio ? Respondeo, q̄ si
^{an} illa habeat apparentias quòd ille non con-
^{alter li-} sensit secum in matrimonio : vt putā quia il-
^{berma-} neat. erat magna inæqualitas inter illos, quia il-
le erat

le erat nobilis, & ipsa filia agricolæ, & ipse iurat se nō consensisse cum ea , tunc apparentia sufficiens est quòd non consensit: & sic illa poterit transire ad matrimonium aliud. Si tamen illa non potest omnino credere nisi quòd consensit , dico quòd cum illa conscientia non potest accedere ad aliud matrimonium.

Q V A E R I T V R , an requiritur φ 228
 consensus interior exprimatur exterius ad *Consens-*
 hoc ut fiat matrimonium ? Respondeo se- *sus inte-*
 cundum omnes φ sic . Patet apud . S. Tho .
 4.d.27.q.2. Et Palude ibi.q.2.art.2. & Du-
 randus ibi.q.1. & Scotus.q.vnica. Et glosa
 cap.tuæ fraternitatis extra de sponsalibus.
rator ma-
 Matrimonium enim est sacramentū , at in
 sacramēto oportet φ interueniat aliquod
 signum sensibile . Et in cap. cum apud , de
 sponsalibus , dicitur , φ requiritur expres-
 sio exterior , nō solū ad hoc quòd cognoscatur , sed etiā ad hoc ut sit matrimonium .
 Item probatur , quia nunquam homines se
 contraxisse putant , donec proferantur verba , quantūcunq; cognoscant inuicem con-
 sensus interiores . Sufficiunt autē signa ex-
 primētia

DE MATRIMONIO.

primentia hunc consensum: & illa vocantur in proposito verba. Et etiam si pater loco puellæ dicat quod sic, illa præ verecunda tacete: hoc sufficit, non est dubium. Si vero aliis à patre exprimeret cōsensum pueræ, ipsa tacente & consentiente, sufficiet in foro conscientiæ. Sed forte in foro contentiouso damnaretur & non admitteretur.

229 SED utrum ad matrimonium sufficiat *Consensus* & verba de futuro? Respond. quod *sunt verba de futuro non sufficiunt ad matrimonium.* non, sed requiritur quod consensus & verba sint de praesenti. Ut expressè habetur in capitulo tuæ fraternitati de sponsalibus, Accipio te in meam in craftinum & deinceps, non est matrimonium. Si autem dixerit aliqua verba ambigua, quæ possunt habere duplarem sensum, standum est in foro conscientiæ intentioni cum qua illa protulit: an scilicet dixerit ea animo contrahendi, an non. In foro autem exteriori standum est coniecturis.

220 *Verba proferentes consenserunt* QVAERIT VR, de illo qui contraxit cum aliqua proferens exterius verba & interius non habens consensum, an sit manus, sine matrimonio? Respondeo, quod non. Quia deficit

deficit consensus interior. Ideò caueant si-
bi satuæ puellæ. Sed vtrùm saltem talis te-
neatur eam ducere in vxorem? Scotus. 4.
dist. 30. q. 1. dicit omnino quòd sic: quia fe-
cit illi iniuriam in illo contractu exteriori
non consentiédo. Idem dicit Adrianus, &
Palude. Ideò ne putent isti nequam homi-
nes impunè se hæc scelera patrare. S. Tho.
d. 27. q. 1. art. 2. quæstiuncula. 4. dicit quòd
in foro conscientiæ non impunè agit, qui
sic deludit puellam: non tamen dicit q̄ te-
netur eā ducere. Nec qui dicunt q̄ tenetur
eam ducere, sufficienter probant. Timeo
tamen quòd est sicut illi dicunt, & est ve-
risimile, & vellem esset verum.

Q VAE R I T V R, vtrùm qui contra-
xit matrimonium, possit ad religionē tran-
sire? Respondeo, q̄ postquam matrimo-
nium est cōsummatum, non potest. Et ita
tenent omnes doctores. Et est determina-
tio ecclesiæ. Probat. S. Tho. quia nullus po-
test dare alienum, sed consummato matri-
monio, neuter cōiugum est sui iuris: iuxta
illud Pauli vir̄ sui corporis potestatem nō
habet sed vxor, ergo. Et de hoc sunt multa
iura

231

*Matri-**moniū**contra-**bens de**presenti**ante co-**pulā po-**test reli**gionem.**ingredi*

ura in titulo de conuersione coniugato-

*Propria matrimo*nio. Sed ab hac regula generali sunt exce-

*non consider*ationes. Prima quādō vnuis cōiugum com-

misit adulteriū, alter potest transire ad reli-

gionē libere: ut habetur expressē cap. Aga-

thosæ. 27. q. 2. Secūda exceptio est si vterq;

ligionē cōiugum voluerit profiteri religionem,

tunc licebit ambobus ingredit eam. Est ta-

men notandum quod de licentia vnius coniugis alter potest transire ad religionē: dum-

modò ille qui dat licentiam ingrediatur

*etia*m* religionē, vel sit in ætate senili in qua*

non sit ei periculum continentiae. Nam si

tales periculum ei immineret, illa licentia

nihil valeret, & professio alterius nulla es-

set. Si autem sit in ætate tam senili quod iudi-

cio prælatorum non sit ei periculum de ca-

stitate, tunc potest dare licentiā, etiam si al-

ter cōiunx maneat in seculo. De istis sunt

multa loca in iure, videatis vos illa. Dicit

etiam Palu. 4. d. 27. q. 3. quod quotiescunq;

*licet viro transire ad religionem, licet etia*m**

ei transire ad sacros ordines in seculo. In

nullo doctore hoc inueni, & credo quod dicit

verum, quia tunc nullum est impedimen-

tum.

tum. Vnde si vxor cōmisit adulterium, māritus pōtest promoueri ad sacros ordines, etiam si non intret in religionem. Et idem dicēdum est si vxor sit extra periculum incontinentiæ, & dederit viro licentiam.

Q V A E R I T V R, vtrūm post matrimoniū ratum nō consummatū liceat intrare religionem? Respond. ex sententia omnium, & ex cōsuetudine & determina^{cō}tionē ecclesiæ, q̄ sic: etiam altero coniuge reclamātē. Hoc habetur in cap. verum, & in c. ex publico de cōuersione coniugato-^{rum}. Et facta professione alter cōiuux qui remanet in seculo, pōtest transire ad secundas nuptias. Hierony. dicit (& habetur in cap. scribit. 27. q. 2.) de Macario quōd post apparatū nuptiarum transiit ad heremum. Et in prologo euāgeliij Ioannis, dicit quōd Christus assumpsit Ioannem à nuptijs. Idē dicitur de beato Alexio filio Epiphaniæ.

Q V A E R I T V R, si spōsus vi cōsum-²³³mauit matrimonium, an possit illa transire ad religionē eo inuito? Videtur quōd nō, ^{Spōso vi} matri-^{monium} quia iam matrimonium est cōsummatum. In contrarium est, quia ille fecit iniuriam, ^{cōsummā}te an ffō ergo

se possit ergo videtur q̄ talis iniuria debeat reparari: & cum ipsa ante iniuriā possit ingredi, poterit etiam post acceptam cōtumeliam.

nem. De hoc nihil vidi in iure determinatum. Ideò probabilis est vtraque pars. Et ita putat Duran. licet ei magis probabile videatur q̄ non potest ingredi religionem, quia iam est ibi vinculum carnale & nō tantum spirituale. Et licet vir male fecerit, non tamen debet hac pœna puniri. Caueret ipsa sibi, vel intraret ante à religionem. Palude reputat magis probabile q̄ possit transfire. Vtraque opinio videtur mihi probabilis. Tamen hoc est vnū certum, q̄ licet illa intret religionē, matrimoniuū nō dirimetur, nec ille poterit trāfīre ad secundas nuptias ipsa viuente: quicquid dicat Durandus.

234 *Q V O D diximus suprà, scilicet q̄ ante consummationem matrimonij licet ingredi religionem, intelligendum est de relationē ligione in qua fit votum solenne. Vnde à matrimonij li las beatas, quæ vocantur terceras, quas pūcet itra- to solūm facere votum simplex, non potere re sele- rit transfire. Quia ob tale votum non pos- gione in se dirimi matrimonium, ac proinde nisi farſe*

sarse el que quedaua enel siglo. Imò si illæ *qua sit*
 beatæ nuberent, licet peccarent, teneret *votū so-*
lenne.

¶ De Sponsalibus.

SPONSALIA sunt promissio *235*
 futurarum nuptiarum quæ iam in *spōsalia*
 Hispania ferè non fiunt, sino def. *que di-*
 posorios de præsenti. Sunt igitur spōsalia, *cantur.*
 mutua promissio futurarum nuptiarum.
 Nec sufficeret dicere, ego propono te ha-
 bere in vxorem, nolo tamen me obligare.
 Talia non sunt sponsalia: vt male putat Pa-
 lude. 4. d. 27. sed requiritur stipulatio, &
 obligatio. Fiunt autem dupliciter, vt ait
 S. Tho. 4. d. 27. q. 2. art. 1. Vno modo sine
 cōditione quacunque, & talia statim sunt
 sponsalia. Alio modo fiunt cum conditio-
 ne: vt si dicam, ducā te si dederis mihi mil-
 le aureos, vel si pater tuus cōsenserit. Nos
 simul tractabimus de cōditionibus apposi-
 tis spōsalibus, & de appositis matrimonio.

QVÆRITVR, vtrum si sponsalia
 contrahantur inter personas illegitimas,
 animo

236 animo contrahendi sub hac conditione, si
sponsalia papa dispensauerit: an adueniente condi-
trimo- tione sint vera sponsalia? & si fuerunt ver-
nū cum ba de præsenti, an sit matrimonium condi-
cōditio- tione adueniēte? Et augeatur dubium, po-
ne, adue namus quòd isti postquam venit dispensa-
nītē cō tio, habeant eam ratā. In Flādria fuit mihi
dīttione, magna cōtrouersia cum aliquibus iuristis
nō sunt super isto casu. Sed respōdeo, q̄ nō est ma-
per hoc trimonium, & oppositum est error intole-
sponsalia rabilis. Ratio est quia ante dispensationem
aut ma trīmo- hæc non erat vxor istius, igitur nec post-
num.

Qui papa nō potest dare vxorem, sed so-
 lum dat facultatem ducendi illam. Et si ta-
 lis transiret ad secundas nuptias, non com-
 pelleretur sumere primam consanguineā.
 Allegabant mihi multa capita iuris, sed ni-
 hil omnino faciebant. Secundò dico quòd
 talis contractus non solum non est matri-
 monium, sed nec est sponsalia ullo modo,
 etiam adueniente dispensatione: sed quic-
 quid factum est, totum est irritum, & con-
 tractus est nullus. Est lex inter stipulan-
 tem ff. de verbo, obliga. parrapho sacram-
 rem. vbi est casus quòd si fiat stipulatio de

sacra re, vel de re de qua non est commercium, de qua non poterat fieri sine consensu principis, stipulatio est nulla, & non reddit obligatio adueniente consensu principis. Adeo est reprobatus ille contractus, ut sit super eo excommunicatio. Sic igitur dicunt in proposito, quod predictus contractus est nullus, etiam si iurarem: & peccarem iurando, quia est contra bonos mores. Sed quid si personae legitimae contrahant sub conditione honesta, ut si pater tuus consenserit, utrum adueniente conditione sit matrimonium? Panormita. & canonistae dicunt quod sic, & Palu. videtur eos sequi. Sed Adrianus, & communis sententia doctorum dicunt quod non, sed solum sunt sponsalia. S. Tho. 4. d. 27. dicit, quod si conditio sit de futuro, etiam si verba sint de praesenti, idem est iudicium sicut de consensu de futuro, qui exprimitur per verba de futuro, ac proinde adueniente conditione manent sponsalia. Et dato quod errore putans talem contractum esse matrimonium, consumaret illud, non est adhuc matrimonium, quia ex errore processit. Itaque regula ge-

neralis est, si in isto instanti non est matrimonium, quicquid postea superueniat, nō erit matrimonium: nisi de nouo & de praesenti iterum fiat.

237

Cōditio **Q V A E R I T V R**, an si quis apponat *impossi-* conditionem impossibilem, scilicet cōtra-
bilis vel ho tecum si digito tetigeris cōlum, aut si
turpis in dederis mihi regnum, an sit matrimoniu? *matri-* Respōdeo, quōd est determinatio in cap.
monio finali, de conditionibus appositis, vbi papa
habetur in fauorem matrimonij dicit, quōd si appo
pro non natur in eo conditio turpis vel impossibi-
adiecta. lis, habeatur pro non adiecta. Et sic si absq;
 illa conditione erat matrimonium, etiam
 erit matrimonium ea apposita. Adrianus
 dicit, q̄ vel illa conditio apponitur. serio
 vel ioco. Si primum, dicit quōd ibi est ve-
 rus cōsensus, ac proinde matrimonium. Si
 secundū, dicit q̄ non est matrimoniu, quia
 nō habuit cōtensum. Si denique non ha-
 buit cōsensum interiorem, quicquid appo-
 natur nō erit matrimoniu. Si verò habuit
 cōsensum, erit matrimonium, estō appo-
 nat conditionē impossibilem. De hac con-
 ditione impossibili. S. Tho. nihil dicit.

DE

DE alijs conditionib⁹ dicit S. Tho. q238
 vel conditio est de præsenti, vel de futuro.
 Si primū, vel est contraria bonis matrimonij,
 vt contraho tecum si fueris sterilis, &
 tunc non tenet matrimonium, siue sit tur-
 pis conditio, siue non. Vel non est contra-
 tria bonis matrimonij, & sic siue sit hone-
 sta, siue non, tenet matrimonij stante con-
 ditione. Videtur loqui S. Tho. cōtra illud
 cap. sed loquimur in foro conscientiæ. Vel
 conditio est de futuro, & tunc si sit necef-
 faria, vt contraho tecum si sol oriatur cras,
 est matrimonium. Quia iam habetur talis
 conditio pro apposita saltē in suis cau-
 sis, & sic præsumitur de præsenti. Sed hoc
 non obstante, si intentio contrahendi est
 pro crastina die, solum sunt sponsalia de fu-
 turo. In foro tamen contentioso præsumi-
 tur de præsenti. Si autem sit conditio con-
 tingens, secundum S. Tho. posit: cōditio-
 ne est matrimonium: & non apposita non
 erit matrimonium: & hoc siue conditio
 sit honesta siue non. At secundum iura, si
 sit conditio turpis, habetur pro non adie-
 cta: vt si dicat contraho tecum si occideris

inimicum meum, & est matrimonium v*e*
rum. Et hæc de his.

De Bigamis.

239

*Biga-
mus q*s*
duat, et
omnis bi-
gamus
est irre-
gularis*



I G A M V S dicitur, qui bis duxit vxorem, de quo quæritur an sit irregularis ad sacros ordines suscipiendos? Respond. quod duplex est bigamia. Quædam propriè dicta, de eo qui bis duxit vxorem, & de hac loquitur Paulus, Titum. 1. Oportet episcopum sine crimenne esse vnius vxoris virū. Alia est bigamia interpretativa & improppria, quæ habet idem impedimentum ac prima: ut si quis duxit viduam. Nam vna ratio quare bigamus expellitur ab ordinibus, est propter significationem, quia tale matrimonium non significat coniunctionem Christi & ecclesiæ. Quia Christus non habuit nisi vnicā vxorem, vnicam ecclesiam, eamque virginem & incotaminatam. Alia est etiam bigamia similitudinaria, quando quis habēs vnam uxorem viuam cōtrahit cum alia. Item est bigamus qui post votum simplex castitatis,

tis, duxit vxorem. Et qui post suscep-
tos or-
dines contraxit. Omnes isti sunt irregula-
res, & repelluntur ab ordinibus suscipien-
dis. Omnes tamen iste irregularitates sunt
de iure positio.

Q V A E R I T V R, vtrum irregulari-
tas bigamiæ tollatut per baptismum? Fuit ^{Irregu-}
quæstio inter Hieronymum & Augusti-
nū, Hieronymo dicente quòd tollebatur, ^{laritas}
quia manet noua creatura. Augustino ve- ^{biga-}
rò dicete q̄ non, quia baptismus solūm tol ^{tollit per}
lit peccata, non alia vincula, sicut nec tol- ^{baptis-}
lit matrimonium. Hæc autem opinio Au-
gustini allegatur à Gratiano cap. acutius
26. dist. & omnes canonistæ tenet cum eo,
& S. Tho. Maio, verò tenet cū Hierony.
Sed tenendum est cum Augustino. Quia
signum est quòd postquam quis bis cōtra-
xit, quòd non continebit. Et etiam quia es-
set in illo matrimonio imperfecta signifi-
catio coniunctionis Christi & ecclesiæ. At
vtrum possit ecclesia dispensare cum biga-
mo? Dico q̄ sic, sed non sine magna causa
propter verba apostoli.

Q V A E R I T V R, vtrum copula car-
V 3 nalis

241 *nalis* superueniens sponsalibus de futuro,
Copula efficiat matrimoniu? S. Tho. distinguit. In
carnalis foro cōscientiæ si nō est cōsensus, non est
superue matrimoniu. In foro autē contētioſo, quia
nies ſpo nō est aliquod signū quod magis exprimat
ſalibus, cōſensum quām copula, iudicabitur matrī-
ciat ma moniu: ut habetur in cap. is qui. Et in cap.
trimo- vlti. de ſpōſalibus. Sed quid si per ignoran-
nium. tiam credebat q̄ per ſpōſalia erat iam uxor
 sua, & iſto animo accessit ad illam & con-
 summauit matrimoniu, aliās nō cōſumma-
 turus, an sit matrimoniu? Dico q̄ non. Et
 est expreſſa ſentētia. S. Tho. nihil enim cō-

242 *Post ac-* ſenſui tam cōtrariū ac error. Item ante hoc
ceſſum la non erat matrimonium, & non ſunt appo-
 bidino. ſita requiſita ad matrimonium, ergo.

furn ad Q V A E R I T V R, ſi iſte talis accedeſſe-
sponſam rit ad ſponsam per ſpōſalia de futuro, nō
de futu- consummandi matrimonij gratia, ſed ani-
mo, cum libidinoforo, ſi poiteā contrahat cū alia,
alia con an hoc ſecundū ſit verum matrimonium?
trahens Respondeo, q̄ ſic. Quia primum non fuit
de prae- matrimonium, quanuis papa illegitimaue-
senti ve re cōtra rit ſecundū in cap. is qui de ſponsa. ſed hoc
 hit. fecit papa quia præſumpſit quōd primum
 fuit

fuit verum matrimonium. Sed quid ille faciet, quia compelletur ab ecclesia manere cum prima? Et generaliter dubitatur quid faciet ille qui contraxit primò cum aliqua secreta, & consummauit matrimoniu[m] n[on] mine sciente, & posteā secundò contrahit cum alia publicè, si compellatur ab ecclesia excommunicationibus ad manendum cum secunda, quid faciet: cum illa non sit verè vxor? Respond. quòd si ille potest cōtrahere matrimonium cum illa cum qua cogitur manere, debet cōtrahere. Si verò non potest ut in casu præsenti, malum remedium habet. Non enim habet aliud remedium nisi q[uod] ferat patienter, nec apud Deum erit excommunicatus. Debet tamen vitare scandalum, & abire in aliam regionem, ubi poterit audire missam, & cōmu-
nicare manendo cum prima uxore. 245 Post spō
salia de

SED mouet S. Tho. dubium in. 4. d. 28. futuro lī
bidinose
corrum-
pēs spon-
sam te-
natur eā
ducere.
art. 2. 4. de eo qui post sponsalia de futuro accessit ad virginem animo libidinoso, an talis teneatur eā ducere quia stupravit virginem? Et doctor sanctus concedit q[uod] teneatur eam ducere postquam promisit, & si

non potest eam ducere, debet eam dotare. Et addit quòd hoc est verum quando deci-
 pit eam, quod quidem est maximè nota-
Virginē dum. Nam qui vltroneam virginem cor-
vltro- rumpit, non tenetur eam dotare: quanuis
neā cor- enim promiserit ei se ducturū eam in uxo
rumpēs rem aliquando, ipsa tamen bene intellexit
nō tene- quòd non debebat facere, quia erat magna
tur eam inæqualitas inter eos, &c.
dotare.

SEQVITVR DE MA- trimonio clandestino.

244

*Clādesti-
nū ma-
trimoni-
um quod
an si ve
rum.*



V A E R I T V R, an matrimoniu-
 m clandestinum sit verum matrimo-
 nium? Respondeo, & sic, nec po-
 test dubitari, quia non est de essentia ma-
 trimonij quod sit corā testibus. Sed quid
 est hoc matrimonium clādestinum, quod
 tantū prohibetur in iure, & propter quod
 tot pœnæ ponuntur? Respondeo, quòd li-
 cer multis modis dicatur matrimoniu- clā-
 destinū, tamen in proposito accipitur pro
 matrimonio cōtracto sine testibus, & pro
 matrimonio sine solennitatibus iuris, sine
 denun-

denuntiatione (vocantur van a los prego-
nes) &c. Et quia pœnæ iuris sunt restrin-
genda, solum istis duobus modis incurru-
tur. Et haec est communis opinio doctorū.
Et Panormi. cap. fina. de clandesti. despon-
fati. & Ioannes Andreas in additione ad
specula. titulo de clandesti. despon. Et In-
nocentius ibidem, ita tenent.

SCIENDVM tamē quòd matrimo-
nium aliquando licitè fit clandestinè. Pri-
mò quando timetur q̄ impedietur, & vbi
sunt seditiones y vandos. Secundò inter ma-
gnates non opus est quòd publicentur edi-
cta: quia si sit inter eos aliquod impedimē sine.
tum, ipsi prouidebūt de dispēsatione. Ter-
tiò propter pudorem & magnam verecū-
diam: vt si contrahat aliquis nimis senex
cum puella, nobilis cum ignobili, diues cū
paupere.

QVAE RIT VR, de pœna quam in-
currunt cōtrahentes clandestinè? In dicto
cap. finali non ponitur sententia ex cōmu-
nicationis, nec etiā in toto iure, sed solum
dicitur q̄ filij sic contrahentium sint illegi-
tumi: nisi postea publicè contrahant. Sacer-
doti

245

*Matri-
monium
aliquan-**do licitè**fit ciāde*

246

*Clādesti-
ne cōtra-
hētes nō
sunt iu-
re exco-**muni-**cāsi.*

'doti tamen qui interfuit, imponitur pœna depositionis. Sunt pœnæ quæ non incur- runt ipso facto, sed oportet quod impo- nantur. In aliquibus tamen episcopatibus est excommunicatio: sed nescio quare im- ponitur nisi causa quæstus: petant absolutio- nem ad cautelam iu[n] nomine domini. Non dubito nisi q[uod] esset bonum tollere istam ex cōmunicationis sententiam à matrimonio clandestino, & q[uod] maneamus in iure.

247 QVAE RITVR, an sit peccatum mor-

Acce- tale post matrimonium publicum de præ-
dens ad sponsam senti accedere ad sponsam ante solennita-
sponsam tem nuptiarū, quod etiam vocatur matri-
ante be nedictio moniū? Videtur q[uod] sic, quia in cap. nostræ
nō eccl tes.30.q.5.est prohibitum. Et etiam quia vi-
fia non detur q[uod] sit quidam contemptus ecclesiæ.
peccat

morta- In contrarium est, quia talis utitur re sua.
liter. Caieta facit de hoc quæstionem & dicit q[uod]
 non est peccatum. Patet quia in lege natu-
 ræ nō erat peccatum, & in iure nō est pro-
 hibitum tanquā mortale. Nam in illo cap.
 nostrates, dicitur q[uod] non seruare illas con-
 ditiones non esset mortale: & est iam usus
 in multis partibus: ergo non est peccatum.

Idem

Idem tenet Siluester verbo debitum conjugale.parrapho.9.& allegat Innocen.Antennum, & Hostien.in cap.i.de sponsali-bus.Imo addit, q̄ si timetur aliquod peri-culū, vel si differuntur relationes,cōculen-dum esset eis cōsummare matrimonium.Et quòd hoc sit etiam de mente.S.Tho.pa-tet quia.4.d.28.arti.2.3.dicit quòd si spon-sus per verba de futuro , petat debitum à sponsa, si illa credit quòd ipse accedat cum affectu maritali, non peccat reddens debi-tum:ergo multò minùs si sponsus per ver-ba de præsenti, petat. Sic igitur dicendum est, quòd non erit peccatum mortale:imo aliquando non erit nec veniale.

Q V A E R I T V R, vtrum vſus matri-monij clandestini sit peccatum mortale? 248

V.g. si vidua quæ patitur furores carnis, & vſusma
ſeffet ei infamia nubere publice , vult cōtra trimonij
here ſecrēte , & etiam frui viro ſecrēte : & clādeſtī
eft nobilis quidam habens amicam , vt vi- nt, an ſit
tet peccatum contrahit cum ea ſecrēte , & peccatū
accedit ad eam , an peccet mortaliter tam mortale
vidua quam nobilis ? Videtur q̄ non, quia peccatū
quilibet eorum vtitur re sua , & non agit contra

contra aliquod præceptum. Respon. q̄ de
hoc aliter est loquendum ratione scanda-
li, & aliter absolute. Ratione scandali dicit
Caietanus, quòd esset mortale: & est diffi-
cile q̄ in huiusmodi casibus vitetur, nam
semper reputabuntur concubinarij: & in
moralibus aspiciendum est ad id quod sæ-
pe cōtingit, & cum hoc sæpe sequatur, erit
mortale. Si tamen detur casus in quo fiat
sine scandalo, non erit mortale: quia non
est cōtra præceptum aliquod diuinum aut
humanum: nec facit cuiquam iniuriā. Sed
dicit Caietanus, q̄ quia tam strictè prohi-
bentur hæc matrimonia clandestina ab ec-
clesia, esset mortale. Res est disputabilis.
Sed ego dico q̄ secluso iure posituo, &
etiā scandalo, esset mortale. Quia tale ma-
trimonium esset contra finem eius, stando
solūm in iure naturali: nō enim poterit be-
ne educari proles, & filij haberentur tan-
quam illegitimi: ac proinde non possent
adire hæreditatem paternam, & priuaren-
tur multis bonis. Et sic talis usus matrimo-
nij clādestini factus cum hac intentione, vt
sit secretū, est mortalis. Secus esset si p̄ ali-
quo

quo tempore vellēt sic manere, quo usq; ve-
niat opportunius tempus quo manifestetur.

Q V A E R I T V R , vtrum consensus 249
coactus sufficiat ad matrimonium? V.g. de ^{Consen-}
prehensus est iuuenis cum puella, & cogi- ^{sus coa-}
tur à parentibus puellæ cōtrahere cum ea, ^{elus an-}
vel mortem subire: & ille ex metu consen- ^{sufficiat}
tit interius (nam si non cōsentiret interius, ^{ad ma-}
non est dubium quin nō sit matrimonium *nūm.*
etiaſi sine metu proferat verba) an sit ma-
trimonium? S.Tho.4.d.29.art.2. & omnes
doct. ponunt distin. de dupli metu. Qui-
dam est metus cadens in virum constantē,
alius cadens in inconstantem. Conſtant̄ au-
tem vir ab inconstanti hōc distat, quod cō-
ſtant̄ nūquam inducitur aliquo timore ad
perdendum famā vt saluet omnes res suas,
quia plus valet fama quam res. At incon-
ſtant̄ potius vult perdere famam quam di-
uitias: & vult incurrere maius malū vt eui-
tet minus malum. Item vir conſtant̄ non
mouetur à paruo timore, sed à magno: vt
à timore mortis, captiuitatis, feruitutis, &
non à timore perdendi centum aureos. In
conſtant̄ verò vir opposito modo moue-
tur

tur à partuo timore. Hoc supposito, est conclusio, consensus coactus timore cadente in virum constantem, impedit matrimonium: cōsensus verō coactus ex timore nō cadente in virum constantem, non impedit matrimoniu. Patet cap. cum locum. Et cap. veniens. Et cap. consultationi de sposa. Et expresse in lege metu. ff. qui metus causa. Et cap. significauit, de eo qui duxit in matrimoniu, quā poluerat per adulterium. Scot. & etiā. S. Tho. videtur dicere q̄ hoc est de iure naturali & diuino. Quia in hoc sacramento requiritur maxima libertas, & metus in emptione & venditione & alijs cōtractibus impedit contractus, ergo & etiā hūc. Et Genesis.2. propter hāc relinquēt homo patrē & matrem, & adhæredit uxori suæ: ipse adhæredit sua voluntate motus & non ab alio. Idem tenet Gabriel. Palude dicit q̄ hoc est ex institutione ecclesiæ solū, quæ potest dirimere matrimonia in quantum sunt contractus quidam, quæ tamen seclusa institutione ecclesiæ essent vera matrimonia. Hoc dicit. 4. d.28. q.1. art.3. Idem tenet Maioris.4.d.29.

q.2. Vtrunque est probabile. Vocatur autem metus cadens in virum constantē, metus mortis, cruciatus: vt dicitur in cap. cum dilectus, de his quæ vi metūsve causa fuit. Metus stupri in muliere: si quis vellet eam oppimere vt cōtraheret, & ipsa hoc timēs contrahit, nullum est matrimoniu. Metus vinculorū, & seruitutis. De seruitute habetur in lege isti quidem. ff. qui metus causa. Et institu. tit. eo. parrapho. 1. 2. & 3. De vinculis habetur in l. nec timorem. ff. eodē titulo. Et etiā metus eorum malorum quæ istis æquiparantur. Sed queritur, si quis cōtraxit metu cadente in virū constantē, & posteā consummavit copulam, an sit matrimoniu? Dico quòd si consentit voluntariè, est matrimoniu. Si verò non consentit, non est matrimonium.

QVAERIT VR, an parētes possint 250
cogere filios suos ad matrimoniu non ex- *Parētes*
pectato eorum consensu? Respond. quòd *non pos-*
sunt co-
non. Quia matrimoniu est actio personalis & requirit propriū cōsensum. Possunt *gere fi-*
tamen parentes ante legitimā ætatem filio *lios ad*
rum pacisci pro eis: & si illi quando vene- *matri-*
rint *moniū.*

sint ad legitimam ætatem non contradixerint, spousalia reputātur: quia patres sunt procuratores eorū. Sed vtrū filij teneātur obedire parentibus in matrimonio, accipiendo quas parentes mandant, vel an peccent mortaliter contrahentes sine consensu parentū? Respond. q̄ liberi contrahentes sine consensu parentum (imo etiā ipfis inuitis) non peccat mortaliter secluso scādalo. Quia licet teneantur eis obedire, nō tamen in matrimonio, in quo vno sunt dominis sui. Et si aliquæ leges dicant contrariū, como la ley de Toro que manda q̄ tales exhiberentur. Dico quòd leges ciuiles non habēt vim circa matrimonia nisi sint acceptatæ in iure canonico, hæc autē non est acceptata: smò nec in foro contentioso indicatur secundum eam: non est dubiū. Vide de hoc Couarrubi. 2. parte de sponsalibus. cap. 3. parrapho. 8.

251

Error personæ qnæ impedit matrimonium? Respon. Magist. 4. d. 30. & omnes dicunt quòd sic. Error personæ vt in Iacob. Error conditionis personæ: vt si puto me contrahere cum libera

libera & contraho cum ancilla, non tenet matrimonium. Error personæ impedit de iure naturali, quia tollit consensum. Iacob enim non consenserat in Liam. Error conditionis impedit iure positivo, ut patet in cap. proposuit. de coniugio seruorum. Factum est autem hoc ab ecclesia rationabiliter. Quia contrahens cum serua, manet quodammodo seruus, & filij manent servi: nō est autē æquum, q̄ quispiam sine culpa sua puniatur tam graui pœna. Alij errores qualitatis, & fortunæ, non impediunt matrimonium: vt si putem eam pulchram & est deformis, diuitem & est pauper, sanam & est ægra, bonam & est mala, &c. Si verò seruus puret se contrahere cum libera, et si illa sit ancilla, tenet matrimonium: vt dicit S. Tho. in additionibus quæstione 52. articu. 1. ad primum.

Q V A E R I T V R , an vsus matrimoniij propter solam delectationem sit peccatum? Respondeo secundum omnes quod sic. Quia omnis actus qui non habet bonū obiectum est malus, sed talis actus non habet bonū obiectum (nam delectatio cum veniale.

X sit

Matri-

mony v

jus pro-

p̄ter de-

leclatio

nem est

peccatiū

veniale.

fit quoddam naturale, nullum obiectum bonū dicit) ergo ille actus non est bonus; & sic saltem erit ociosus, & per consequē venialis: cum secūdum. S. Tho. non detur actus indifferens in indiuiduo. Item talis actus est abusus matrimonij, ergo est peccatum. Antecedens patet, quia matrimonium non fuit institutū ad illud, sed ad generandā prolem. Idem est de eo qui comedit propter solā delectationē: quia comestionis finis non est ille, sed sustentatio.

253

QVAE RIT VR, vtrūm vsus matrimonij propter vitandam temptationem carnis in se ipso, fit peccatum? S. Tho. 4.d.31. q.2.art.2.dicit quòd est veniale. Quia non fuit ad hoc institutum sed ad bonum fidei, puta ac reddendum debitū vel ob prolem generādam. Et hæc est opinio ferè omniū sanctorum super illud. I. Corint. 7. Hoc autem secundum indulgentiā dico: quia indulgentia est de peccato veniali. Sed forte intelligendus est. S. Tho. vt ait Palude, quādo habet alia remedia ad fedandam passionem: puta orationem, vel ieunium, &c. Si vero non sit aliud remedium, licitū erit accedere

accedere propter illum finem. Idem dicendum est de illo qui accedit propter abundantiam seminis quæ impedit sanitatem, de quo. S. Tho. vbi suprà ad ultimum, dicit quòd est veniale. Albertus autem dicit quòd est licitum sic accedere.

QVAERITVR, an abusus vxoris ²⁵⁴ sit peccatum mortale? Respondet. S. Tho. *Abusus*
quòd si sit extra vas fœmineum, est mortale ^{vxoris}
le: & non est dubium de hoc. Si autē sit in- ^{peccatū}
tra vas, dubitant doctores an si fœmina su- ^{est.}
pergrediatur viro sit mortale? Caietanus
ait quòd si ex hoc impeditur generatio, est
mortale. Et ita dicunt omnes doctores. Al-
bertus magnus dicit quòd potest isto mo-
do sequi generatio. Quia matrix non so-
lum est receptiva, sed & attractiva: & ideò
credo quòd non est mortale. Et idem pu-
tat Silvester verbo debitum cōiugale, par-
rapho. 4. Dicit tamē quòd tales sunt graui-
ter reprehendendi.

QVAERITVR, an oscula, ample-²⁵⁵
xus, & tactus inter virum & vxorem sint ^{Oscula}
peccatum? Respond. secundum Caieta. & ^{er tan-}
Siluestrum, & omnes alios bene sentientes, ^{elus con-}
^{ingato-}

rūnō ſīt quōd omnes prædicti aetus quantūcunq;
~~peccata~~ videantur impudici, ſi vltimate ordinan.
~~morta-~~ tur ad copulam, nō ſunt peccata. Et etiam
~~lia.~~ ſi non ordinentur ad cōgressum iſum, nō
 erūt mortale, dummodo fiant ſine pericu.
 lo pollutionis extra vas. Si enim ſunt cum
 tali periculo, erunt mortale. Sine illo autē
 vel erunt veniale, vel nullum peccatum.
 Aduertant in hoc confefſores nec ſint ni-
 mis ſoliciti in interrogatiōne horū quæ in
 ter coniuges fiunt. Nec curent ꝑ confiteā
 tur de his venialibus: melius eſt enim ꝑ ea
 fileant. Et admonendi ſunt coniuges quōd
 non tenētur illa confiteri, niſi quādo ſunt
 mortalia. Et instruantur quando commit-
 tunt mortale, & quando non.

256

Q V A E R I T V R , vtrūm coniuges te-
~~coniuges~~ neantur reddere debitum ſub pœna pecca-
~~tenētur~~ ti mortalis? Respondeo, ſecundūm omnes
~~sibi iniur~~ ꝑ ſic. Quia corpus vxoris eſt viri, & econ-
~~cē redde~~ trā, & ob id iniuriam facit qui negat alteri
~~re debi-~~ quōd ſuum eſt. Et ſi quidem vir periclite-
~~sum.~~ tur de incontinentia, debet vxor reddere
 ſtatim debitū: quia eſſet periculum in mo-
 ra. Si autem non ſit hoc periculum, nō eſt
 mortale

mortale si per aliquod breue tempus differeat. Neuter tamen coniugum tenetur reddere debitum cum detrimento salutis, vel propriæ personæ. Vnde si sit maritus leprosus, & con mal de bubas, si est periculum iudicio medicorū, nō tenetur reddere. Quia licet cap. 2. de coniugio leproso, dicatur q̄ non potest mulier iana relinquere maritū leprosum, & q̄ tenetur reddere debitum: tamen intelligendum est, quando hoc potest fieri sine infectione ipsius uxoris.

QVAERIT VR, vtrūm quando mulier patitur mēstruum, & sanguinis fluxū, possit vir petere debitum, & illa teneatur reddere? Videtur q̄ non. Quia in lege veteri erat prohibitum, & Hieronymus dicit super Esaiam. 44. q̄ si cōceptio fiat tempore menstrui, proles nascitur leprosa, mortalis, & debilis, quod & approbat natura, ergo. S. Tho. 4. d. 32. q. 2. arti. 2. dicit duo. Primo quod in lege veteri erat mortale, nam erat præceptum in contrarium, Leuitici. 18. Secundo dicit, quod præceptū illud partim erat cæremoniale, & partim morale: & ideo etiam nunc obligat ex ea

parte qua est morale, & ex damno quod se
 quitur in prole. Pro huius igitur declara-
 tione ponit. S. Tho. distinctionē. Duplex
 est sanguinis fluxus in mulieribus. Quidā
 innaturalis & perpetuus, sicut erat ille quē
 patiebatur mulier quē tetigit fimbriā Chri-
 sti. Et si vxor talem fluxum patiatur, licitū
 est q̄ reddat & petat debitū. Quia melius
 est q̄ sequatur fœtus defectuosus quām q̄
 nullus sequatur. Alius est fluxus naturalis,
 qui prouenit in quolibet mense. Et tunc
 non debet exigere, quia postea manet tem-
 pus. Si autem vir nesciens illud, petat debi-
 tum, respondeat ipsa quōd nō bene habet.
 Non tamen debet dicere se menstruatam
 esse (vt ait S. Tho.) quia viri faciliter ægrē
 ferunt illud & concipiunt horrōrē de mu-
 lieribus, & ne hoc sequatur debent potius
 hoc tacere mulieres, vel alia via se excusa-
 re: quia debet dari opera vt inter eos amor
 crescat. Tamen si maritus instet, illa non
 multū repugnet, sed reddat debitū pro-
 pter periculū corruptionis in viro. Et quo-
 niā non est certū q̄ ex tali cōcubitu se-
 quatur proles infecta, vel si sequatur hoc erit

rarō

raro: ideo maritus accedes ad vxore menstruatā, vel illa petes ab eo debitū, non peccant mortaliter: quicquid dicat Siluest. sed erit peccatū veniale, ut dicit Caetanus in summa, & Palude. Et ita tenendum est.

Q V A E R I T V R, an sponsa ante benedictionem ecclesiæ teneatur reddere debitum marito peteti? Respon. q̄ infra duos menses ante benedictionem ecclesiæ post matrimonium de præsenti nō tenetur redere debitum. Quia datur illi ad hoc si voluerit religionē ingredi, intret. Nec etiā post illos duos menses tenetur reddere ante benedictionem ecclesiæ: sicut nec tenetur marito peteti in ecclesia. Quia vt runq; est prohibitum.

In magnis festiuitatibus dicunt sancti, quod non debet conuenire inuicem: quia oportet vacare diuinis. Si tamen de facto conueniant, licet sit aliqua irreuerentia, nō tamē est mortale, & sancti cōsulunt quod melius est. Vir autem qui habuit rem cum propria uxore nocte præcedente communionem, melius faciet nō communicando illo die: sed differat in alium diem, & idem

de vxore. Si autē cōmunicent, nō erit mortale, sed veniale propter irreuerentiam.

260 In loco autem sacro non licet accedere ad propriā, quia pollueretur ecclesia. Tēre ad suam vxorē in ecclēsia tamē belli quando morantur in ecclēsia per multū tēpus, dicit Caieta. opusc. 16. quæstionum, & 14. dubio. 4. & Palu. 4. pore bel. d. 32. Q̄ non licet vlo modo accedere ad suam etiā vxorem. Maio. ait quòd illo tūc ceat. licet. Et Silvester dicit q̄ si timeatur corrupela in viro, liceret vxori reddere ei debitum. Hoc est probabile & fortè verū. Sed opinio Caietani est securior.

261 Q V A E R I T V R, vtrū coniuges possint cōtinges sint vouere cōtinentiam? Respon. Primò an pos- q̄ hoc non expedit si sint in iuuentute pro- fuit cōti- pter periculum. Secundò dico q̄ si ex mu- nētiam vouere. tuo cōfensi hoc fecerint, licitum est, & vo- tum tenet. Sed vtrum alter solus possit vouere? Dico q̄ malē faciet, quia est in iniuria alterius. Sed quæritur, an si fecerit votum vir, possit nihilominis reddere debitum. S. Tho. in additionibus ad tertiam partem. q. 53. art. 1. 4. dicit, q̄ tunc tenetur redere, & licitum est ei exigere: cum Paulus dicat,

dicat, nolite fraudare inuicem. Et nō debet vir ponere se in tali statu quòd non sit potens releuare vxorem ab onere petédi debitum. Caieta.lib.16.quæstionum.q.16.dicit, quòd tale votum tenet. Et vir non potest petere, licet tamē & tenetur reddere. Idē dicit Palu. Sed mihi magis placet opinio.S.Tho. Et ita tenendum est.

Q V A E R I T V R , vtrūm papa possit 262
 dispēflare in matrimonio rato nō consummato? Cōmunis opinio canonistarum est q̄ potest, & q̄ sic dispensati possunt transire ad secundas nuptias ex iusta & rationabili causa ad petitionem amborum coniugum. Hoc Ioannes Andreas super cap. ex fit papa publico in suis nouellis. Et Archidiaco. in dispensa cap. quapropter. 27. q.2. Et Benedictus in re. cap. ex publico . Siluester allegat pro hac opinione summam Angelicam. S. Antonius.3.p.titu.1. cap.22. videtur esse cū canonistis, & dicit se legisse bullas Martini quinti, & Eugenij.4.in quibus dispensatum est circa hoc. Et Caieta. quodlibeto.1.q.13. tenet quòd papa potest dispensare. Hæc opinio videtur probabilis, sed malo tenere cū opinione

Opinione communi quod papa non potest dispescere. Nam Paulus dicit. i. Corinth. 7. His autem qui matrimonio coniuncti sunt, praeceptio non ego sed dominus, uxorem a viro non recedere. Et Matthaei. 19. Quos Deus coniunxit homo non separet. Et cum Christus dixerit ibidem quod non licet uxori dimittere, nisi propter fornicationem, iam inueniretur alia exceptio, scilicet dispensatio papae. Teneamus igitur cum tota ceterua theologorum quod papa non potest dispensare in matrimonio rato. Vide Siluestrum verbo diuortium. §. 1. & 4.

263 QVAERITVR, de impedimentis
Impedi- matrimonij. Sunt quidem aliqua quae im-
menta pediunt matrimonium, tamen si fiat, factum
matri- tenet: ut est tempus in quo matrimonium
monij fieri prohibetur, & tamen si fiat in diebus
duplicia prohibitis, factum tenet. Alia sunt impedi-
menta menta quae impediunt matrimonium fa-
tia alia ciendum & dirimunt factum: & haec sunt
impedie- sexdecim in his versibus contenta. Error,
tia. conditio, votum, cognatio, crimen. Cul-
 tus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
 Si sis affinis, si forte coire nequibus. Haec fa-
 cienda

cidea vetant cōnubia, facta retractat. Agamus igitur de his omnibus.

QVÆRITVR, an si fuerit aliquis 264
 impotens ad concubitum, teneat matrimonium impotē-
 cum illo? Respond. quod duplex est tua per-
 potentia. Quædam perpetua, & hæc tā petua dī
 in viro quam in fœmina irritat matrimonium rimet: ut si spado cōtrahat matrimonium matrī-
 non tenet, ut in c. i. de frigidis & maleficia
 tis. Si autē post matrimonium superueniat moniū-
 impedimentum, nō irritat matrimonium. matrī-
 Nam quod semel fuit matrimonium sem-
 per erit firmum. Et hoc impedimentum iu-
 re naturali irritat matrimonium: sicut iure
 naturali prohibentur duæ fœminæ cōtra-
 here inuicē. Sed quomodo cognoscetur,
 an talis potentia sit perpetua? Respon.
 debent esse per triennium iuncti, & da-
 re operam rei vxoriciæ: & si post trienniū
 constet de potentia alicuius, debent se-
 parari: ut habetur in capit. laudabile, in il-
 lo titulo. Sed si statim posset agnosci quod
 sit potentia perpetua, statim debent se-
 parari. Vide Siluestrum verbo matrimo-
 nium. 8. §. vltimo.

QVÆ-

265

Q V A E R I T V R , de pueris habenti-
Puerian bus quidem usum rationis, an possint con-
se deci- trahere ante decimumquartum annū? Re
mūquar spōn. q̄ non. Quia est determinatio eccl
tū annū siæ quod pueri ante decimumquartum an
non pos- num, & puellæ ante duodecimum nō pos
sunt con trahere. sint contrahere: vt patet in. c. puberes, &
trahere. cap. cōtinebatur de despōsa. impube. quod
fuit determinatum propter rationē Arist.
dicens q̄ ante illam ætatem non sunt ha-
biles ad generandum. Si tamen ante præ-
dictam ætatem contrahant, quanvis nō sit
matrimoniū sunt sponsalia, ex iuris dispen-
satione, & tenentur postea contrahere: vt
patet in cap. vnico de despōsa. impube. lib.
6. Si autem parum ante legitimam ætatem
contrahant & consumment matrimoniū,
vt puta vir in anno. 13. & fœmina in. 11. erit
verum matrimonium: vt habetur in cap.
de illis. 2. de desponsatione impube. Et etiā
citra iuris determinationem patet, q̄ sit ibi
verum matrimonium, quia illa erant spon-
salia, & copula superueniēs facit matrimo-
nium, ergo. Et si sint iam habiles ad gene-
randum, etiam si non cōsummauerint, erit
matri-

matrimonium, malitia ætatem supplente,
vt etiam ait textus. Sponsalia vero ex iuris *sponsalia*
dispositione possunt celebrari in septen- *circa se-
nicio, & etiam si sint prope septenium: vt re-
net. S. Tho. 4. d. 27. & est communis opinio,* *ptenium
celebra-
ri pos-
licet Panormita. teneat contrarium.* *sunt.*

Sequitur aliud impedimentum scilicet *266*
maleficium, quod aliquando arte dæmo- *Malefi-
nis (de quo ait Iob quod non est potestas su-
per terram quæ comparetur ei) inuenitur gamen*
inter coniuges. Potest enim maritum red- *impedit
arrigere, & impedire decisionem seminis
applicando actiua passiuis. Quanuis possit
esse tantus amor inter coniuges, quod eo-
rum calor præualeat & supereret ea que dæ-
mon apponit, ut infrigidet. Vnde dicit Al-
bertus magnus quod ista maleficia maxi-
mè contingunt circa rusticos.* *matr-
monium.*

QVAERITVR ergo an hoc ligamen
impedit matrimonium? Respon. qd si hoc
contingat post matrimonium factum non
impedit. Si vero ante matrimonium, tunc
si est perpetuum impedit, si autem sit tem-
porale non impedit: sic habetur in cap. vi-

timō de frigidis. Cognoscetur autem hoc maleficium si possit cū aliena & non cum propria. Et debent simul habitare per triē nium, & si non possint conuenire, tunc re putabitur maleficium perpetuum.

²⁶⁷ Q V A E R I T V R , an amētia seu furia
amen- impedit matrimonium? Respon. q̄ amen
tia et fu- tes non possunt cōtrahere, & si contrahāt,
rie an i- matrimonium non tenet. Quia ad matri-
pediant- monium requiritur consensus & usus ra-
matri- tionis, quo illi carent. Item nemo se potest
moniū. ad aliquid obligare nisi voluntariè & libe-
 rē, isti autem non habent libertatem arbi-
 trij, ergo. Ad irritādum verò matrimoniuū
 nō sufficit q̄ amētia præcesserit, vel sequat-
 tur ipsum matrimonium: sed requiritur q̄
 sit amens tēpore quo cōtrahit. Si autē post
 matrimonium cōtractum vir inciderit in
 amētiam, non dirimitur matrimonium: &
 puto probabilissimum q̄ tunc nō teneatur
²⁶⁸ Crimen
incestus vxor reddere debitum marito petēti, quia
impedit non liberē petit, nisi timeat corruptelas a-
matri- lias in viro & quod quærat alienas.

Q V A E R I T V R , de impedimento
 criminis quod est incestus, an si quis co-
 gnouit

gnouit aliquam, & postea contrahit cum sorore eius, teneat matrimonium. Respō. quòd crimen incestus dupliciter impedit matrimonium. Vno modo propter affinitatem, quia est affinis illius cum qua cōtrahit intra quartum gradum: & de hoc dicemus infrā. Alio modo habet impedire matrimonium ex hoc q̄ cognouit consanguineā eius cum qua cōtrahit, & de hoc quærimus vtrum tale crimē incestus impediāt matrimonium? Respō. S. Tho. in additio. q.58.art.4. q̄ si quispiam cognouit consanguineam vxoris ante matrimonium contractum, & etiam post sponsalia, debet matrimonium separari propter affinitatē quā contraxit cum sua sponsa cognoscēdo consanguineam eam eius. At si talis incestus sequatur post matrimonium iam cōtractum & consummatum, nō dirimit illud: sed in pœnam peccati, non potest vir petere debitū à propria vxore, & si petat peccat mortali-ter: nec vxor tenetur ei reddere debitum. Si tamen vxor petat, ille tenetur reddere: quia vxor nō debet puniri pro peccato vi-ri. Habentur de hoc plura capita, in titulo.

Si

Si quis cognouerit consanguineam vxoris suæ. Et.32.q.7.cap. si quis viduam, &c. qui dormierit, & cap.concubuisti. Verum est q̄ si quis ignorans esse consanguineā vxoris suæ, accederet ad eam, q̄ poterit petere debitū ab vxore, quia illud nō fuit peccatū incestus, sed fornicationis. Hoc dicunt docto. & Palu.4.dist.34.q.1.ar.2. Idē etiā dicendum est, si mulier cubuit cū consanguineo mariti intra quartū gradū: idē enim pœna punietur qua maritus, scilicet q̄ nō poterit exigere, & tenebitur reddere debitū.

269

Q V A E R I T V R, an causa fornicatio
Fornicā nis possit vir vxorem dimittere? Respon.
tē vxore quod sic. Est enim expressum in euāgelio.
poteſt di Matth.19. & est secūdum ius naturale, quia
mittere oportet quòd maritus sit certus de prole
maritus nisi in q̄ sua, quod nō potest certò sciri si sit adulterio
nisi in q̄ bus. casī ra vxor. Item quia matrimonium est con-
bus. tractus, & dant sibi inuicē fidem cōiuges,
 ergo altero frāgēte alius remanebit liber.
 Excipiuntur aliqui casus ab hac regula. Pri-
 mus si ambo cōmiserint adulterium, quia
 iam est ibi recompensatio. Iste casus & alij
 sequentes sunt expressi in iure.32.q.6. per
 totam.

totam. Secundus si maritus propriam vxorem prostituerit pro pecunia, vel alia re. Hic ponitur in cap. discretioni, de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ. Addit Paludæ, quod idem est iudicium, si ipse maritus viderit, & nō prohibuerit. Tertius ubi vxor putans se cum viro congregari, decepta est ignoranter, aut contraxit putans esse mortuum. Hoc habetur in c. cum per bellicam. 34. q. 1. & 2. & ibidē cap. in lecto. Quartus si fuerit vi oppressa, ut habetur in cap. proposito. 32. q. 5. Quintus si vir postquam reconciliatus est vxori cognouerit eam: tunc non poterit eam relinquere, ut dicitur. 32. q. 1. cap. 1. & 2. & in l. crimen. C. de adulterijs. Sextus si vxor infidelis ab eo repudiata contraxerit cum aliquo, & post eā veniant ambo ad fidem, debent iterum conuenire: extrā de diuortijs cap. gaudeamus. §. vltimo.

QVAERIT VR, an vir teneatur dimittere vxorem adulteram? Respon. qd nō sed potest cum ea manere: nisi vxor sit ad-
cō incorrigibilis qd ratione scandali ne ma-
ritus in peccatis eius videatur consentire:

270

Vir quā
do: tene-
tur 720

re adul-

terā di-
mittere.

Y tunc

tunc enim tenetur ab ea separari. Hæc vero separatio ab vxore alitera, quo ad thorum quidem potest fieri sine iudicio ecclesiæ, quo ad habitationem vero non. Ita tenent omnes docto. Limitat tamen Silue. verbo diuor. 8. quod illud est verum quando adulterium est occultum, si enim sit notum quod adultera illa cum moecho plures dies habauerit, tunc sine licetia ecclesiæ potest ab ea separari quo ad habitationem. Patet ex cap. significasti. de diuortijs, ubi est casus expressus. Idem tenet Ioan. Andre. in cap. ple runq; de donationibus inter virum & vxo.

271 QVAERITVR, an ordo impedit matrimonium? Respō. quod sic. sed solum de pedimenta iure positivo. Vnde etiam dicit. S. Tho. quod pa-
trimonio- nium. Nec Graeci sacerdotes vertentes vxoribus, faciunt contra ius diuinum. Dico igitur quod sacerdos, diaconus, & subdiaconus, non possunt contrahere, quia est prohibitum ab ecclesia. Si autem contrahant, matrimonium est ipso factum nullum. Si vero post matrimonium ratum quispiam ordinetur, non dirimitur matrimonium, sed tenetur manere.

nere cum vxore: vt patet in extrauagante antiqua Ioan. 22.

QVAERITVR, an si quis occiderit propriam vxorem ut contrahat cum concubina, matrimonium sit validum? Respon. quod tale matrimonium est irritum & nullum ex determinatione ecclesiae in cap. su per hoc, de eo qui duxit in matrimonium quam polluerat per adulterium. Sed si è potest cum contrario vxor virum occiderit, ut contrahat cum adultero, matrimonium tenebit: quia in iure de hoc nihil est cautum. Si vero aliquis dederit fidem concubinæ, & vxore mortua contrahet cum illa, non potest contrahere cum ea. Vide iura in illo titulo de eo qui duxit, &c. At si quispiam occiderit vxorem deprehensam in adulterio, peccat mortaliter secundum Sanct. Thom. quanvis iura hoc non puniant. Si vero talis adultera sit iam à iudice damnata ad mortem, poterit maritus eam occidere sicut lictor: quicquid dicant canonistæ. Non potest tamen maritus ad hoc cogi sicut lictor.

QVAERITVR, virum votum im-

Y 2 pediat

273 pediat matrimonium? Respond. quòd du
votum plex est votum. *Quoddam* est solenne, al-
simplex terum verò simplex. Votum solenne im-
& sole- pedit contrahendum & dirimit contra-
ne impe ditum. Votum autem simplex impedit con-
dit ma- trahendum, sed non dirimit contractum.
trimo-
niū, sed Sunt de hoc multa iura expressa in titulo
diuersi- de voto. Et qui post votum simplex casti-
mode. tatis contraxit, peccat quotiescumque exi-
 git debitum: potest tamen reddere non so-
 lùm quando vxor petierit, sed etiam quan-
 docunque sibi videtur honestum accede-
 re ad eam, aut quando senserit quòd ipsa
 vult, aut quòd eget, aut quòd est periculū
 incontinentiæ: ut dicit. S. Tho. in additio-
 nibus. q. 83. arti. 1. ad quartum.

274 QVAERIT VR, an cultus disparitas
Fidelis (*hoc est infidelitas*) impedit matrimonio-
cum infi niū? Respondeo, quòd inter infideles sunt
deli con trahere vera matrimonia. Et ita tenent omnes, &
non pot est determinatio ecclesiæ in cap. gaude-
 mus de diuortijs. Secundò dicit. S. Tho. q
 inter infideles non est tam perpetuum, &
 tam indissolubile matrimonium, sicut in-
 ter fideles: quia non est sacramentum, ac
 proinde

proinde nec confert gratiam: sed est quidam contractus humanus. Si autem contrahat fidelis cum infideli matrimonium, nullum est de iure posituo, quia est prohibitum ab ecclesia: ut patet in cōcilio Toleta. 4.cap.62. & in cōcilio Agatensi.cap.67.

Q V A E R I T V R , an cognatio carnis impedit matrimonium ? Respon. pri-
mō , quod iure naturali prohibiti sunt pa-
rentes contrahere cum liberis . Nam om-
nes homines, etiam gentiles damnant talia
connubia: nec de hoc quispiam dubitat. Et
sunt egregiae rationes assignatae in sacra
scriptura. Vide. S. Tho. & etiam cum alijs
matri-
descendentibus, &c. Item in primo gradu
transuersali inter fratres & sorores proba-
bile est quod est contra ius naturale. Prohibi-
ti verò sunt ab ecclesia quatuor gradus,
qui irritant matrimonium: ut patet in cap.
non debet de consanguinitate & affinitate.
Fuerūt antiquitus prohibiti septem gra-
dus: ut patet. 35.q.5. Papa tamen potest di-
spensare in gradibus qui non sunt prohibi-
ti iure naturali: ut sit pax inter familias, vel
ob confœderationem regnum, vel ob

*Cognatiō car-
nalis in
quibus
gradib-
us im-*

aliam rationabilem causam. In. 4. autē gradu causa rationabilis est quod ipsi contrahentes petant. Despenlatio tamen in gradibus iure humano prohibitis fieri solita, sive cessit causa questus: nihilominus tenet. De computatione consanguinitatis vide Sil. uestrum, & alios.

276 Impedit etiam matrimonium affinitas, *Affinitas vñq; ad quartum gradum: vt patet in cap. ad quiratum gra* vsq; ad quartum gradum: vt patet in cap. non debet de consanguinitate & affinitate. Et non solum affinitas inter consanguineos vxoris, sed etiam inter consanguineos scorti, & concubinæ meæ. Quanuis (vt credo) hæc ultima affinitas contrahatur propter ius humanum & nō ex natura rei ut prima. Est autem regula ad computandum affinitatē quod in eodem gradu sum

277 affinis Petro, in quo vxor eius est mihi cō*Publica honestas* sanguinea.

ex spōsa libus ipē De impedimento publicæ honestatis causa ex sponsalibus de futuro, dico quod est vinculum inuetum ab ecclesia, quæ de *dit matrimonii sponsalia cum Maria, non possit contrahē fuitas.* creuit, quod per hoc quod aliquis contraxit gradum.

gradum. Et impedit matrimonium eodē modo ac affinitas: vt patet in cap. ex sponsalibus, de sponsalibus lib. 6.

Q V A E R I T V R , an parentes teneantur alere filios illegitimos ? Respon. quod non est dubitandum quin tam pater quam mater teneantur alere filios qui nondum attigerunt usum rationis. Quia omnes genites putant damnabile relinquere filios in mos. aetate infantili , in qua non possunt sibi vivum querere . Et si exponant eos ut ab alijs alantur, videtur certe quod peccet mortaliter . Secundò dico quod considerando predictos filios postquam habent usum rationis, est distinguendum. Nam quidam filij illegitimi sunt qui vocantur naturales, soluti cum soluta , suscepiti ex concubina. Alij sunt ex concubitu damnato , ut suscepiti ex adultera, vel moniali , qui vocantur spuri. Et in iure determinatur , quod parentes teneantur alere primos filios qui habentur à concubina tanquam ab uxore. Alios verò filios spurios non tenentur parentes alere . Et in pœnam illius damnati coitus prætereuntur in testamentis: ut ho-

mines ab huiusmodi concubitu pessimo
arceantur.

279 Sed quid de casu qui s̄æpe est in vſu, ego
*am-
bus cui
pater re-
liquit bo-
na profi-
lio spu-
rio, tene-
ria illa
et dare,
C spu-
rius lici-
te recipi-
pit.*
 habeo filiam spuriam quam non possum
 instituere heredem, quia leges hoc vetant,
 vo co amicum meum, & cōstituo eum hæ
 redem tali pacto, quòd omnia bona det fi
 liæ meæ: vtrum talis amicus teneatur dare
 bona illa filiæ? & vtrum filia cum bona cō
 tur illa scientia possit ea retinere, accipere & pos
 si dare, fidere, postquam lege municipal i prædi
 cta bona sunt vallata? Respon. quòd omne
 promissum est de iure naturali adimplen
 dum, & ideò talis amicus in foro conſcienc
 iæ tenetur dare ea bona filiæ meæ: si rex
 illa non cōfiscauerit: & illa licet recipiet,
 & possidebit licet in foro conscientiæ, nō
 eit dubium.

Q V A E R I T V R , an cognatio spiri
 tualis impediat matrimonium? Cognatio
*Cognat-
io spu-
a lis impe-
dit ma-
trimo-
nium.*
 ista spiritualis diffinitur à. S. Tho. & alijs,
 quòd sit propinquitas quædā orta ex hoc
 quòd aliquis confert sacramentum, vel te
 net aliquem ad fuscipiendum sacramentū,
 baptismi scilicet, vel confirmationis. Tri
 plex

plex est igitur cognatio spiritualis. Quædam quæ vocatur paternitas, quæ est inter regenerantem & regeneratum: & capio regenerationem, ut se extendat ad confirmationem, nam in proposito idem est iudicium de confirmante & de baptizante: & talis non potest contrahere cum baptizato, vel confirmato, & cum uxore eius iam ab eo cognita, & cum filiis eorum. Secunda vocatur compaternitas, quæ est inter patrem spiritualem, & patrem naturalem, & matrem naturalem. Vide cap. primum de cognitione legali, libro. 6. vbi omnia ista ponuntur.

Cognatio legalis contrahitur per hoc 281 quod quis adoptat sibi filium. Et sunt duæ species huius cognitionis, scilicet paternitas, & fraternitas. Paternitas contrahitur inter adoptatorem & filium adoptuum, qui quidem non possunt contrahere. Fraternitas vero contrahitur inter filios naturales adoptantis, & inter adoptuum. Et etiam impedit matrimonium si filius adoptius transit in potestatem adoptantis: sed si non trāsit (quod fit quando adoptans moritur, vel

vel quando adoptatus emancipatur ab adoptante) tunc potest contrahere cum filiabus adoptantis: ut patet in cap. si qua de cognatione legali.

Laus Deo, pax viuis, re-
quies defunctis.

¶ FINIS SVMMAE DE SE-
ptem Ecclesiæ mysterijs & sacra-
mentis, ad laudem Dei
omnipotentis.

De

DE CLAVI

B V S.

 Hæc materia tractatur in. 4. d.
18. & D. Tho. in additionibus ad
tertiā partem. q. 17. claves enim
in ecclesia esse debent.

 Icitur autē clavis potestas quā
remouetur obstaculum intran-
di regnum cælorum. Impedi-
mentum enim totius humanæ
naturæ ex peccato primi hominis conse-
quutum, per passionem Christi amotum
est: & ideo post passionē vidit Ioan. Apoc.
4. in cælo ostium apertū. Sed alicui adhuc
quotidie manet clausum propter peccatū
originale quod cōtraxit, & propter actua-
le quod cōmittit: & propter hoc egerimus
sacramētis, & clavis ecclesiæ, in quibus
efficacia passionis manet. Quia ex latere
dormientis in cruce, sacramenta fluxerunt
quibus ecclesia fabricatur.

Hanc

2 HANC autem clauium potestatē apostolis contulit Christus, ut expresse determinatur in cap. firmiter de summa Trinitate. & fide catho. Quando autem fuerit apostolis collata? Armachanus absurdē errans lib. ii. de quæstionibus Armenorū cap. 14. &. 15. contra omniū doctorum sententiam dicit q̄ Marci. 3. Cum dominus duodecim apostolos elegit. Sed patet hoc esse falsum quia Matthæi. 16. pro magno vni promisit Petro dicens, Dabo tibi claves regni cælorum: non ergo antea habebat, aut nihil promisit. Item antequām ipse eis cōsecrasset, sacramentumq; constituisset, potestatem dedisset consecrandi: ac si Cæsar constitueret regem aliquem super regno non constituto. Dico ergo q̄ in cœna (Matth. 26.) contulit totam potestatē ordinis. Potestatem autem iurisdictionis in foro interiori, Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Potestatem autē iurisdictionis in foro exteriori, Matth. 18. Quæcunq; alligaueritis super terram, &c. Nec inconuenit quod apostolis Christus (potestatem excellentiæ habens)

bens) apostolicam potestatem consummatam & perfectam contulerit. Vnde & ecclesia nunc temporis iurisdictionem in foro exteriori dat etiam non sacerdotibus, & potestatem ordinis dat, ijs quibus nōdum contulit potestatem iurisdictionis.

Et nota q̄ illa potestas data in foro exteriori Matth. 18. (Ibi enim fundant scholastici autoritatem excōmunicandi. Et Hierony. ibidem. & August. lib. 1. cōtra aduersarium legis & prophetarum cap. 17.) Advertendum inquam, quòd hæc potestas ex cōmunicandi potest dici clavis regni cælorum, si regnum cælorū capiatur pro ecclesia militante Augusti loco citato, & super Ioā. tracta. 50. & habetur. 24. q. 1. cap. quodcunque. Si autem regnum cælorum capiatur pro ecclesia triūphante, potest dici clavis indirecte & secūdariò. Nam quatenus excōmunicatio excludit à sacramentis quibus regnum cælorum aperitur, potest dici q̄ claudit regnum cælorum. Quatenus vero absolutio ab excōmunicatione, admittit ad sacramenta, ex consequenti regnum cælorum aperit.

SED

4

SED vtrum omnes apostoli habuerint claves? Et videtur q̄ non. Quia Matth.16. soli Petro sunt promissæ. Respon. cū Caie tan.lib.de primatu Romanæ ecclesiæ cap. 5. & 6. quod sine dubio omnes apostoli à Christo & non à Petro suscepérunt claves. Patet in cap. firmiter de summa Trinitate & fide catholica. Etiam habetur in cap. loquitur.24.q.1. & ex Hiero.lib.1.contra Iouinianum. Petro autē collatæ sunt claves, Ioan.21.ibi, pasce oves meas. Eadem enim potestas requiritur ad pascendas oves Christi, & ad aperiendum vel claudendum regnum cælorū. Nam quādo Christus viuus erat & præsens, non egebat vicario: cōsentaneum est ergo ut post resurrectionē eū instituerit: & non videtur vbinam hōc fecerit nisi Ioan. vltimo.

5

Dico præterea, q̄ sicut peculiariter claves Petro cōmissæ sunt Matth.16. sic Ioan. vlti. aliqua peculiaris potestas data est Petro præter cæteros: potestas enim Petri in duabus maximè excessit potestatem aliorum apostolorū. Primum, quia Petri potestas etiā se extendit supra ipsos apostolos.

Nam

Nam vt arguit Innocent. de maioritate & obedientia. c.6. qui dixit Pasce oues meas, non distingués inter has oues & alias, alienum à suo demonstrat ouili, qui Petrum pastorem nō recognosceret. Quo eodem argumento, vtitur Bonifacius octauus in extrauaganti, vnam sanctam. Secundò excellebat in hoc, quòd potestas Petri erat ordinaria in vniuersum orbem, aliorum verò apostolorum erat extraordinaria ex privilegio peculiari. Vnde factum est vt successores Petri successerint in vniuersa potestate respectu omnium ouium Christi. Successores verò apostolorum nō successerunt apostolis in potestate extraordinaria. Imò crediderim omnem potestatē episcoporum (qui sunt apostolorum successores) à Petro & successoribus Romanis pontificibus esse deriuatam: ita q̄ successor Petri est immediatus vicarius Christi, & à Christo accepit potestatem: vt diffinitur in concil. Floren. & in concil. Constantiē. sessione. 8. Sed successores apostolorum, nec suscepérūt potestatem ab ipsis apostolis nec à Christo immediate, sed mediate à

Romano

Romano pontifice. Et sic intelligo decre-
tum Leonis papæ. 19. dist. ca. ita dominus.
Eodē modo dico , claves Petri in duobus
differre à claviis apostolorum. Primò in
vniversitate: accepit enim ad aperiendū,
nō huic aut illi, sed omnibus fidelibus, nul-
lo excepto . Secundò quia sic eas accepit,
vt ab eo accipiant omnes quicunq; claves
habuerint . Nam quod apostoli non acce-
perint à Petro, fuit ex peculiari priuilegio,
quo & Paulus gloriabatur, potestatē apo-
stolicā non ab hominibus accepit. Et quan-
uis in cap. firmiter dicatur Christum con-
tulisse clavem apostolis, & eorū successo-
ribus , dico q̄ non est eadem ratio de apo-
stolis & successoribus apostolorum. Quia
apostoli ex priuilegio immediate à Chri-
sto acceperunt potestatem ligandi atque
soluendi, etiam in totum orbem: quod ma-
lè Turrecremata negat. Sed successores a-
postolorum, cùm manifestè ordinētur ab
hominibus, potestatem ordinis nō imme-
diatè à Deo accipiunt , potestatem autem
iurisdictionis accipiūt à Romano pontifi-
ce immediate . Sed nihilominus Christus
confert

confert claves successoribus: licet per medios ministros. Quod admodum idem ipse est qui tollit peccata mundi; licet per ministros sacramentorum.

S E D vnde constat claves Petro & ceteris apostolis concessas nūc in ecclesia permanere, cùm non maneat potestas faciens miracula quæ apostolis est collata, nec baptizandi in nomine Iesu Christi quod apostoli fecerunt. Respondeo, constat potestatem istam viuetibus apostolis ad alios esse deriuatā. Patet hoc actuum. 20. Attende vobis & vniuerso gregi, &c. Et 1. Timotheum. 4. & ad Titum. 1. Secundò dico, secundum fidem catholicam tenendū esse, claves apostolis concessas, nunc in ecclesia perseverare. Patet ex cap. firmiter. Et ex ecclesiæ consuetudine, quæ est columna & firmamentum veritatis. Et Matth. vlti. Ecce ego vobiscum sum usq; ad consummationē seculi, Petro enim nō sunt datæ claves propter ipsum, sed propter ecclesiam. Quare perseverante ecclesia, potestas data Petro debuit perseverare. Et sic intelligatis decretum Augusti. 24. q. 1. cap. quocunque.

Z Vnde

Vnde & patet quare dicantur claves eccl^{esiæ}, quia scilicet propter ecclesiam aposto lis & successoribus datæ sunt. Claves autē eccl^{esiæ} appellari frequentissimum est: vt apud Augustinum libro primo de doctrina christiana. cap. 18. refertur.

C L A V I S autem est potestas ligandi atq; soluendi, qua eccl^{esiasticus} iudex dignos recipere, indignos excludere debet à regno: vt dicit Magister sententiarum. 4. d. 18. & Glosa ex Hierony. Matth. 16. Et cō probatur à Ioan. Papa. 22. in extrauagan. quia quorundam, de verborum significatiōne. Et aduerte regnum cælorum multipliciter capi. Primò pro sacra scriptura, vt Matth. 21. auferetur à vobis regnum Dei, &c. Secūdò pro eccl^{esi}a militāte, vt Matt. 13. Simile est regnum cælorū thesauro abscondito in agro, &c. Et Matth. 25. Simile est regnum cælorum decē virginibus, &c. Tertiò vt etiā includat duplē statum, scilicet militantem, & triumphantem: vt Matth. 5. Beati qui p̄fsecutionem patiuntur propter iustitiā, &c. quia ipsorum est regnum cælorū: & nisi abundauerit iustitia

vestra,

vestra, &c. non intrabitis in regnum cælorum. Aperire autem regnum cælorum contingit dupliciter. Vno modo ex autoritate & potestate, ut papa cum explicat locum scripturæ, diffiniēdo verum sensum. Item cum sacerdos ex officio baptizat. Secundo modo nō ex autoritate, sed per simplex ministerium, ut laicus qui baptizat in necessitate, & vir doctus qui aperit locum abditū sacrarum literarum, aut qui docet qua via ad regnum cælorum perueniendū sit. Dicendum ergo, clauē esse potestatē aperienti & claudēdi regnum cælorū, si sit plenaria potestas, quomodo cuncti accipiatur regnum cælorū. Et hanc promisit Deus Petru, eaque utitur pontifex quando diffinit aliquid secundum fidem tenendū, vel dispensat in voto, vel relaxat iuramentum: id enim est aperire regnum cælorum ex autoritate & potestate. Secundò dico quod præcipiuus actus clavium est ligare & soluere, & sic per eum diffinitur, sicut diffinitur manus intellectus per discursum, & potentia visiva per visionem coloris.

SED quæritur, vtrūm sit idem clavis

8.

Z 2 cum

cum charactere. D. Tho. 4. d. 18. dicit q̄ sic. Cōtrarium dicit Scotus. d. 19. q. 1. & Marsi. 4. q. 12. art. 2. Sed distinguēdum est de clave ordinis, & de clave iurisdictionis: vtraque enim requiritur ad aperiendum regnum cælorum. Clavis iurisdictionis non est idē cum charactere. Clavis autē ordinis idem est cum charactere sacerdotali. Character enim est potestas sacerdotalis, quæ datur sacerdoti ad consecrandum. Datur etiam eidem ad absoluendū à peccatis ita q̄ inde habet homo potestatem absoluendi, vnde habet quòd sit sacerdos. Est ergo vna potestas quæ ad duos actus se extendit, scilicet consecrandi & absoluendi. Quemadmodum eadem potentia est qua simplicia intelligimus, & qua discurremus.

9 Q V I A verò actus claviū requirit idoneitatem in eo in quē exercetur, quia per clavē recipit iudex ecclesiasticus dignos, & excludit indignos, ideo indiget iudicio discretionis, & ad exp'endum actum omnium vt habeat iurisdictionem. Vnde ponitur duplex clavis, scientiæ scilicet & iurisdictionis. Et scientia quæ est habitus nō est

est clavis, sed autoritas scientiae actum exercendi. Communiter etiam doctores ponunt clauem ordinis, & clauem iurisdictionis. Quae distinctione necessaria est, si potestate excōmunicandi & absoluendi ab excommunicatione, ad claves dicimus pertinere cum diuo Augusti.

Potestas clavium se extendit ad remissionē culpæ. Nam licet Deus remittat per se culpam, opera tamen sacerdotis agit instrumentaliter, ut instrumentum animatum: nam aliás ad remissionem culpæ non exigeretur votum recipiendi effectum clavium. Vide Caieta. in opuscul. 27. quæstionum, &c. q. 12. de effectu absolutionis. Et Adrianum. q. 2. de clavibus. Et Thomam Vualdensem lib. de sacramentis, à cap. 143. usq; ad. 146. inclusiuè. Extendit etiam se potestas clavium ad remissionē pœnæ aternæ, quod fit, quando remittitur culpa: & etiam temporalis, in eo qui cum contritione accedit. Nam sicut applicatur nobis in sacramento meritum passionis Christi ad remissionem culpe, ita quoq; eius satisfactio ad remissionē pœnæ: remittere enim hu-

iusmodi pœnam, pertinet ad remissionem peccati. Et quanuis. D. Tho. videatur dice **re** **q** claves remittunt pœnam proportionabiliter ad peccata (ut si peccatum est paruum parua pœna remittitur, si magnum multum pœnæ, sed non tota: quia alijs frustra imponeretur satisfactio.) Tu tamē tene, claves tantum pœnæ remittere ceteris partibus cum peccatum est paruum, quantum si esset magnum. **Q** uia sacramentum æqualiter se habet, & dispositio est æqualis. Nihilominus habita ratione contritionis, confessor debet iniungere satisfactiōnē. **Q** uia nescit, an tota pœna remissa sit. Et quod pœnitentia non sit moderanda secundum quantitatē peccati, sed secundum contritionē pœnitentis, patet ex Innoc. cap. 8. de pœnitentijs & remissionibus.

Potest autem sacerdos ligare ad pœnā. **S**cotus dist. 18. & 19. asserit nullum pœnitē tem obligari ad acceptandum pœnitentiā quam iniūgit sacerdos. Idem Gabriel. dis. 16. q. 2. **Q** uia ad satisfactionem pro pœna duo sunt remedia, alterum in hac vita, alterum in purgatorio: ergo pœnitens poterit suo

suo cedere fauori. Quia ex misericordia
Dei satisfactio præsens acceptatur pro fu-
tura pœna. Secundò dicit, q̄ si pœnitēs ac-
ceptet pœnitentiam iniunctam, tenetur il-
lam implere sub mortali: quod tamen vi-
detur irrationabile. Nam si sacerdos non
potest obligare ad mortale, mea accepta-
tio non inducit peccati mortalis obligatio-
nem: non enim volo implere pœnitētiam
iniūctam, nisi eo modo quo sacerdos obli-
gare potest. Propterea à Caieta. q. 2. de sati-
factione ad. 2. tenet cōtrarium, q̄ non tene-
tur acceptare pœnitentiam, nec acceptatā
sub mortali adimplere. D. Tho. hic non di-
cit, an teneatur, sed q̄ sacerdos ligat: nec di-
cit an ad mortale vel veniale. Sed dist. 16. in
expositione textus dicit, q̄ est præceptum
de satisfactione. Et ita tenet Silvester ver-
bo confessio. i. §. 26. Et ita tenendum est, q̄
est præceptum obligans ad mortale, si pœ-
nitētia iniuncta sit rationabilis. Probatur,
quia est sacrilegium voluntarie relinque-
re sacramentum imperfectum. Item in fo-
ro contentioso iudex habet potestatē im-
ponendi pœnā pro delicto quā reus subi-

retinetur, ergo & iudex ecclesiasticus in foro cōsciētiæ. Item in cap. omnis vtriusq; sexus de pœnitentijs & remissio. iniunctam pœnitentiā pro viribus studeat adimplere. Itē suadetur ex cap. vltimo de maledicis.

12

Est autem sacerdoti prudentia necessaria ad pœnitentibus imponendum pœnitentiam. Si sciret quantæ pœnæ sit debitor pœnitens, cum sit iudex, tenetur æqualem imponere. Sed in pœnitentiæ iniunctione multa debent penari: ut habetur in cap. 8. de pœnitenti. Nihilominus arbitrium sacerdotis, nō debet esse aut leuerum, aut remissum: videtur enim ridiculæ pœnitentiæ huius temporis. Sed in tribus casibus licet pœnitentiam leuem iniungere. Primo in articulo mortis, & vbiq; pœnitens est impotens ad pœnitentiam graue impleandam. Secundo quando indulgentia conceditur pœnitenti ex rationabili causa: illa enim habetur loco satisfactiōis. Secus quādo indulgentia est indiscreta: ut habetur cap. 16. de pœnitenti. Tertiō si appareat magna contritio, & peccatum non fuit adeo graue. His adderem etiam, cùm pœnitens est

est tam imbecilli animo, vt per graue pœnitentiam scandalizetur.

SED an vnuſ confessor possit mutare pœnitentiam iniunctam ab alio cōfessore? Repon. q̄ si pœnitentia fuit irrationabilis, pœnitens nō tenetur eam iimplere, nec habet opus cōmutatione. Si autem pœnitentia erat rationabilis, sed fit dura pœnitenti, non potest cōmutari nisi à superiori. Quia par in parem nō habet potestatē. Et ita intelligo decretū Urbani papæ de pœnitentia. dist. 6. cap. vltimo, placuit vt dein ceps nulli sacerdoti liceat quēlibet cōmisum alteri sacerdoti ad pœnitentiam suscipere, sine eius consensu cui priū se commisit, nisi pro ignorantia illius cui pœnitens confessus est.

Sacerdotes legales nō habebant claves. Quia illius sacerdotij potestas non se extē debat ad cælestia, sed ad cælestium figurās. Et in hoc præfertur sacerdotium Christi legali sacerdotio, per hoc q̄ Christus assistens pontifex futurorum bonorum, ad tabernaculum cælestē introducit, &c. Illi ergo sacerdotes non habuerūt claves, sed in eis

eis clauium figura præcessit. Christus autem habuit clavē autoritativeness in quantū Deus, excellentię in quātum homo: habuit enim potestatem aperiendi, & claudendi regnū cælorum. Soli verò sacerdotes ordinati ab ecclesia, habent claves ordinis, & potestatem absoluendi à peccatis in foro pœnitentiæ. Hæc conclusio habetur in concil. Florenti. Etiā in materia de ordine latiū ostendimus cōtra hæreticos. Clauem autem iurisdictionis (quæ non directè se extendit ad ipsum cælum, sed mediante militante ecclesia) non sacerdotes habere possunt. ut Archidia. & electi. Lege quartum argumētum. D. Tho. in additioni. ad tertiam partem. q.t9.art.3. Vnde nota q̄ fœminæ nullam potestatē spiritualem habet. Vnde de legibus & præceptis earum debet iudicari, id quod de legibus matrisfamilias in domestica gubernatione. Nam si materia est grauis & præceptum necessarium ad conservationem boni cōmunis, obligabit præceptum Abbatissæ ad peccatum mortale. Sin autem materia nō est grauis, quāuis ipsa velit obligare ad mortale, lex eius & præceptū

ceptum nō obligat ad mortale. Verum est quod cùm ex voto obedientiæ monachæ teneantur suæ superiori obedire, forsitan cum exigeret obedientiam à subditis, etiā in re non admodum graui, si subditæ violent obedientiam, votum suum videntur infringere. Sed hoc mihi certum non est. Illud verò primo loco diffinitum est mihi certissimum. Vnde perperā monachas instituunt, qui absolute docent, præcepta sua rum superiorum non obligare eas ad peccatum mortale. Quemadmodum si quis doceret leges principum fœminarum nullas ad mortale obligare. Sed verum est nō habere potestatem obligandi in ordine ad finem supernaturalem, hoc enim pertinet ad usum clavium.

Mali sacerdotes usum habent clavium, iniqitas enim ministri non tollit liberalitatem domini, sed sacerdos est solum minister, ergo non potest sua malitia donum à Deo transmissum per eum nobis auferre. Præterea, nullus potest scire de alio, an sit in statu salutis: si ergo nullus posset uti clavibus in absoluedo nisi existens in gratia nullus,

nullus se sciret absolutum, quod est inconveniens. Hæresis fuit Vuiclep condénta in concil. Cōstant. sessione. 8. & 15. quod mali sacerdotes priuantur iurisdictione, quæ etiam manifesto ecclesiæ vſu condénnatur. Sed cōtrā videtur id quod habetur 24. q. 1. c. audiaimus. & 1. q. 1. cap. etiam corde: sed loquitur de diuiso ab ecclesia, vt patet legenti. Est etiam argumentum cap. remissionē. 1. q. 1. & de consecra. d. 4. cap. quo modo ex Augusti. sed loquitur de sanctis, vel bonis catholicis, vel de publicis peccatoribus qui non tolerantur.

26 Schismatici, hæretici, excōmunicati, degadati, vſum clauium nō habent: quia priuantur subditis, in quos potestatem quam habent exerceant. Sicut nec possent consecrare non habentes panem, nec baptizare si non habeant aquam. Illi ergo qui priuati sunt, non possunt vſum clauiū habere. Sed nota q̄ in concil. Constan. statutum est, nō teneri fideles vitare excommunicatos, nisi sint nominatim excōmunicati, vel manifesti perculsores clericorum. Vnde fit vt nō omnes excommunicati & suspensi priuati sint

sint iurisdictione, illi videlicet qui tolerantur, & quos euitare non debent. Tempore autem. D. Tho. nondum id fuerat constitutum. Peccant tamen illi administrantes sacramēta; quia concilium dicit hanc relaxationem in nullo excōmunicatis debere suffragari. Hoc tamē intellige cum grano salis, peccat enim si est in mora petēdæ absolutionis. Item quando licitè potest se excusare ab administratione sacramētorum. At quando tenetur administrare sacramēta petenti, non peccat administrādo: aliás esset perplexus.

Sed nunquid in mortis articulo huiusmodi poterunt absoluere? D. Tho. hic in additionibus. q. 19. art. 6. nullum casum excipit. Sed suprà. q. 8. generaliter dixit in articulo mortis quemlibet sacerdotem absoluere posse. Sed 3. p. q. 82. art. 7. ad. 2. dicit q̄ solus baptismus permittitur esse ratus hæreticis & schismaticis in art. necessitatis. In nullo autem casu possunt consecrare, vel aliud sacramētum cōferre. Et idem hac. q. art. 5. 3. Et est cōmuni opinio. Sed Palude d. 25. q. 1. circa finē tenet, q̄ in articulo mor-

17

tis

tis licitum est ab hæretico recipere pœnitentiam: quia est sacramentum necessitatis sicut baptismus. Idem Siluester verbo confessor. i. §. vltimo. Et Maio. d. 17. Et Glo. de sponsa. cap. ii. Et re vera, de excōmunicatis catholicis non dubito, quin in art. mortis possint sacramentū pœnitentiæ ministra-re. Non enim video causam quare fideles in art. mortis præsente sacerdote catholico priuentur sacramento necessario ex iure diuino. Nec esset minus intolerabile prohibere absolutionē in arti. mortis quā reseruare casus: præsertim cum cōmuniter homines habeant attritionē. Item licet recipere baptismum, ergo absolutionē: quia utrumque est in diuino præcepto, & sacramentum necessitatis. Item cap. quod non est, de regulis iuris dicitur, quod necessitas non habet legem. Et idem mihi probabile est de hæretico, à quo periculum nō timeatur, & qui non errat in articulo sacramenti pœnitentiæ, præsertim si de iure diuino qui liber sacerdos habeat autoritatem in arti. mort. Non valet quod afferri solet in contrarium de Hermegil. ex. 24. q. i. cap. vlti.

tum

tum quia ibi loquitur de cōmunione quæ non est sacramētum necessitatis, tum quia id fecit ne faueret Arriano episcopo: quoniam pater ob id destinarat.

Sacerdos autem non potest vti clave in quolibet, sed in eos tantū qui ei in sorte venierint: nisi in necessitatis articulo, vbi nemini sacramenta sunt denegāda. Hanc opinionem D. Tho. probabiliorē facit Martinus, qui in concilio Constantiens. circa finem, inter reliquas interrogationes ponit hanc, vtrūm credat autoritatē iurisdictionis papæ & episcopi esse maiore in solendo, ligandōq; autoritate simplicis sacerdotis, et à habentis curam animarū. Proprius verò sacerdos in aliquibus casibus non debet absoluere sibi subditum, sed remittere ad superiorem. Primus, quando est solemnis pœnitentia imponenda, quia eius proprius minister est episcopus. Sed iam hæc pœnitentia recessit ab vsu. Secundus de excommunicatis, quando inferior sacerdos nō potest absoluere. Tertius quando inuenit irregularitatem contra Etiam, pro cuius dispensatione debet ad superiorem remitte re.

re. Quartus de incendiarijs. Quintus quādo est consuetudo in aliquo episcopatu q̄ enormia crimina ad terrorē seruantur epi scopo . Et nota solutionem ad primum in additio.q.20.arti.2.in qua dicit, q̄ sacerdos non debet audire confessionem mulieris cū qua peccauerit, sed debet ad alium mittere, nec illa debet ei confiteri, sed petere li cétiam ad alium eundi: vel ad superiorem recurrere, si ille licentiam denegaret: tum propter periculum, tum quia est minor ve recundia: si tamen absolueret, absoluta es- set. Et quod August.dicit, nullus officio sa- cerdotis vti debet nisi immunis ab illis sit quæ in alijs iudicat. Dicit tamen. D. Tho. intelligēdum secundum congruitatem & non secundum necessitatem sacramēti. Et hæc de clauibus dicta sufficiant.

■■■ SEQVITVR VLTIMVS
de excōmunicatione tractatus.

■■■ De excōmunicatione tractatur in.4.d.
18. & à. S Tho.ibidem,& in additioni-
bus.q.21. Nos breuiter absoluemus hūc
tractatū

tractatum quatuor punctis.

Primò dicemus quid sit excommunicatio, & quæ causæ illius.

Secundò de casibus in quibus potest homo peccare, ex hoc solum quod est excōmunicatus.

Tertio de eo qui potest excōmunicare.

Quartò & ultimò dicemus de excōmunicatione minori, quid sit, quæ causæ eius, & quis possit ab ea absoluere.



V O ad primum, excommunicatione est separatio à cōmunione ecclesiæ quo ad fructum & suffragia generalia: & est diffinitio excōmunicationis maioris. Pro cuius intelligentia est notandum, q̄ excōmunicatio non est peccatum, nam quodlibet peccatum (etiam veniale) est maius malum quam excōmunicatio, sed est pœna: pœna autem est priuatio alicuius boni, & sic excōmunicatio est priuatio cōmunicationis ecclesiæ, quæ quidem est quoddam bonum. Secundò nota q̄ inter Christianos sunt quatuor gradus cōmunicationis. Primus est cōmunicatio

Aa humana

humana quæ etiam inuenitur inter infideles, sicut comedere simul, colloqui, tractare: & hæc communio non est propriè fidelium, sed cōuenit eis quatenus ciues, & politici sunt. Secundus est cōmunicatio quæ consistit in hoc, q̄ est simul cōuenire in eccllesia ad orandū, ad recipiēdum sacramenta, ad electionē canonicam actiūā & paſſiuam, & ad audiēdum diuina officia. Tertiū est cōmunicatio honorū & suffragiorum quæ ex intentione ecclesiæ applicantur, seu offerūtur pro omnibus christianis. Quartus est cōmunicare, seu habere partē in bonis & meritis aliorum fidelium, quæ titulo charitatis applicantur omnibus existentibus in gratia: secūdum illud psal. n^o 8. Particeps ego sum omnium timētum te, & custodientium mādata tua. His suppositis sit prima propositio, ex cōmunicatio nō priuat quartā cōmunicationē. Probatur, quia illa cōmunicatio fundatur in charitate, charitatem autē non expellit nisi peccatum: sed ex cōmunicatio nō est peccatum, vt diximus: ergo. Secunda propositio, ex cōmunicatio priuat hominē reliquis tribus

bus cōmunicationibus. Vnde solet ab alijs diffiniri (& bene) excōmunicatio est priuatio à quacunq; licita cōmunicatione fidelium. Consule Caieta. quodlibe.2.q.12. Et nota antiquam cōsuetudinem ecclesiæ in excōmunicatione, q gradatim fideles cōmunicatione priuabantur. Et forte tot erant genera excōmunicationum quot genera cōmunionum. Vnde Siluest. tria genera ponit verbo excommunicatio. 1. §. 1. Aliquando enim priuabātur sola communiōne eucharistiæ, quæ antonomasticè cōmuniō dicitur, vt tradit Dionys. de ecclesia.hierar.cap.3. & ostēdit Vualden.lib. de sacramentis.cap.95. Et de hac intelligo decretum Ioānis papæ.3.q.4. c. Engeltrudā. Aliquando priuabātur Christi fideles ecclasiastico conuentu ad officia diuina audienda, vel ab oratione cōmuni: quæ omnes poterant appellari minores excōmunications, & eas videre licet.5.quæstio.2.c. præsenti. Et.ii.q.3.cap.ad mensam. Et in cōcilio Niceno. cap. ii. &. 12. Et Chrysosto. homi.17.in Matthæum circa finē. Aliquando fideles priuabantur omni cōmunione,

Aa 2 quasi

DE EXCOMMUNICATIONE.

quasi præscisi ab ecclesiastico corpore: & hanc veteres appellabāt anathema, qua voce Iudæi extremam detestationem significare solebant: teste Hierony.super.i.c.epistolæ ad Galatas. Nos hac tempestate duas tantum excommunicationes nouimus, minorem, qua quis priuatur cōmunione passiuæ sacramentorum omnium: maiorem, qua etiam priuatur alijs fidelium communicationibus: ut habes de clero excommunicato.c.vltimo.

2. *QVAERITVR*, vbi habetur in sacra scriptura, q[uod] ecclesia possit hac pœna punire? Respon. q[uod] excōmunicatio fundatur in autoritate Pauli.i.Corinth.5. Iam iudicauit præsens tradere huiusmodi hominē satanæ in interitum carnis. Et re vera intelligitur, q[uod] tulit in eum sententiā excommunicationis, vt. S. Tho.exponit. Item fundatur in autoritate.i.Ioan.5. Est peccatum ad mortē, non pro illo dico ut roget quis. Qui quidem locus licet multipliciter intelligatur, videtur q[uod] sensus legitimus & literalis sit ille de quo dicitur, Si ecclesiam non audierit, sit tibi ut ethnicus & publicanus.

nus. Item ad Titum. 3. Hæreticum hominē post primam & secūdam monitionē deuita. Quem locū adducit. S. Tho. ad hoc propositum in. 2. d. 43. & quæstionibus de malo. q. 3. arti. 15. 3. & ita videtur exponere, & forte illa est expositio literalis, & Matth. 18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus.

3

Q V A E R I T V R, quomodo intelligatur ꝑ excōmunicatio priuat à receptione sacramētorum? an sit sensus ꝑ faciat eā illicitam, ita videlicet ꝑ non potest excōmunicatus sacramētum suscipere sine hoc ꝑ peccet: tamē si de facto suscipiat, verum suscepit sacramentū. Vel an sit sensus quòd nec potest sine peccato suscipere, nec si de facto suscipiat, tenet sacramētum: ita ꝑ ultra hoc ꝑ peccat, sacramētum est nullum? Hæc quæstio est vna de vtilioribus & difficilioribus totius huius materiæ. Et tota difficultas est de sacramento pœnitentiæ, vtrū sit nullum, per hoc ꝑ sumitur ab excōmunicato. Pro cuius intelligentia est in primis notādum, ꝑ excommunicatio non habet ex iure diuino priuare à receptione

sacramentorum, nec à participatione sacrifiorū ecclesiæ. Nam de iure diuino nullus est excōmunicatus: licet veniat excommunicandus ab ecclesia, secundū eius placitum & limitationem. Secūdò nota, q̄ in potestate ecclesiæ est, facere q̄ sacramentum pœnitentiæ & sacramētum matrimonij sit nullum vbi susciperetur ab excōmunicato, etiā inuincibiliter ignorantे se esse excōmunicatum. Quod tamen nō posset ecclesia facere de alijs sacramentis imprimentibus characterem: quia habent determinatam materiā de iure diuino, quæ non potest subtrahi, nec mutari. Hoc supposito dico, q̄ de hac re sunt diuersæ sententiæ: licet omnes conueniant in hoc, quòd si excommunicatus sciēs vel vincibiliter ignorans se esse excommunicatum, suscipiat ali quod sacramentum, peccat mortaliter, & est sacrilegus. Si verò accedat bona fide cū ignorantia inuincibili iuris vel facti, excusat à mortali: & de hoc non est dubium. Sed loquendo de annulatione, quidam dicunt q̄ si excōmunicatus, etiam inuincibiliter ignorans se esse excōmunicatum, accedat

cedat ad sacramentum pœnitentiæ & absoluatur, nullum omnino sacramentū suscipit. Probant, quia excommunicatio tollit iurisdictionem, ita quod excommunicatus nullius est subditus: sed nullus sacerdos potest absoluere non subditum, ergo. Patet consequentia, quia licet ignorantia excusat à peccato, tamen non potest facere quod sit validū id quod esset irritum, si fieret cum scientia opposita. Et hinc est quod usus ecclesiæ habet, quod ante absolutionē à peccatis præmitatur absolutio ab excommunicatione, ne annuletur sacramentū. Secunda, alij dicunt quod si excommunicatus accedat ad sacramentum pœnitentiæ cum ignorantia in unicibili quæ excusat illum à sacrilegio, verū suscipit sacramētum, nec tenetur amplius confiteri de illis peccatis, sed quererere absolutionem ab excommunicatio, & interim non miscere se diuinis. Hæc sententia est Caieta. in summa verbo impedimenta absolutionis. Et Palu. 4. d. 18. q. 4. Adria. q. 2. de confessione circa finem. Probat, quia licet absolutio sacramentalis sit iure prohibita excommunicato, nullo tamē iure est

DE EXCOMMUNICATIONE.

irrita si de facto suscipiatur, nec usus ecclesiae habet contrarium, & qui hoc cogitant decipiuntur, ergo. Item alia sacramenta non annullantur per hoc quod suscipiantur ab excommunicato, ergo nec hoc: nam detis unde habeatis contrarium. Item quia alias in iusta esset sententia ecclesiæ, si vellet ignorantiam inuincibilem cōdemnare. Si quis autem excōmunicatus per ignorantiā vincibilem, accedat ad sacramētum pœnitentiæ, dummodò cōfiteatur fictionem, verè suscipit sacramētum, & recedente fictione consequitur effectum. Hanc solus Caieta. tenet expresse. Et probatur, quia pœnae non sunt ampliandæ, sed potius restringendæ: ut patet de regul. iuris. in. 6. regū. 15. & .49. Item eodem iure excluditur excōmunicatus à participatione sacramenti matrimoniij, & sacramenti absolutionis: sed ecclesia prohibens excōmunicato matrimonium, non irritat illud sed si fiat tenet: ut patet extra de eo qui duxit eam quam polluit per adulterium. c. 6. & de matrimonijs contrariis contra interdictum ecclesiæ cap. 2. Unde ergo discriminem in verbis eisdem generalibus?

ralibus? Si autem quis celebrauerit pro excōmunicato, & applicauerit ei sacrificiū, siue inuincibiliter siue vincibiliter ignoret excommunicationē, applicatio facta tenet. Prohibentur enim christiani cōmunicare, nō tamen inualidatur communicatio.

Q V A E R I T V R, vtrum annulletur sacramentum per hoc quod confertur ab excōmunicato? Respōdetur & sit prima propositio. Si sacerdos excommunicatus qua-
cunq; excōmunicatione, etiā propter no-
toriam clerici percussionem, tentet cōfer-
re quodcunq; sacramētum, excepto sacra-
mento pœnitentiæ, verum sacramentum
confert, quanuis peccet. Nec de hoc est du-
bium, siue faciat scienter, siue ignoranter,
& tam vbi toleratur quam vbi non tolera-
tur. Secunda, Loquendo de sacramēto pœ-
nitentiæ, si sacerdos sit excōmunicatus nō
nominatim, aut propter notoriam clerici
percussionem, & tentet absoluere, verum
sacramentum confert. Ita determinatur in
extrauaganti cōciliis Constanti, ante quod
nullus excōmunicatus poterat conferre sa-
cramentum pœnitentiæ. Et hæc secunda
propo-

propositio intelligenda est ut prima, vide-
licet tam ubi talis sacerdos toleratur ab ec-
clesia, quam ubi non toleratur, & tam ubi
crimē propter quod est excommunicatus est
secretum, quam ubi est publicum. Tertia,
si sacerdos sit excōmunicatus nominatim,
aut propter notoriā clerici percussionem,
& cum hoc toleratur ab ecclesia, verum fa-
cramentum pœnitētiæ confert, si de facto
coferat illud. Patet, quia licet in iure nihil
sit de hoc cautum, tamen nō est credendū,
q[uod] ecclesia toleraret eum in publica admi-
nistratione sacramentorū, & cum hoc vel
let q[uod] facta per ipsum essent irrita: profecto
esset intolerabilis error. Quarta, si sacer-
dos sit excōmunicatus nominatim, aut p-
pter notoriā clerici percussionē, & cū non
toleretur ab ecclesia, si tētet absoluere, nul-
lum omnino confert sacramētum. Patet,
quia ista seruabatur ante conciliū Cōstan.
& ibi relinquitur ita seruandum perpetuis
rēporibus quo ad ista duo genera excom-
municatorum, ergo. Item quia talis nullā
omnino habet iurisdictionem, ergo.

5 QVAERITVR, de causa excōmuni-
cationis

cationis an sit peccatum mortale. Questio
hæc potest dupliciter intelligi. Primo de
iure.i.vtrum non debeat ecclesia excōmu-
nicare, nisi propter mortale. Secundò de fa-
cto, an si excommunicet propter veniale,
vel aliud factum quod nō sit peccatum, ex-
cōmunicatio teneat. In primo sensu com-
munis opinio est, q̄ nullus potest iure ex-
communicari, nisi propter mortale. Patet
ex verbis domini Matth.18.vbi tradita fuit
potestas excōmunicādi, si peccauerit in te
frater tuus, &c. Clarum est quòd de venia
libus non requiritur illa diligētia. Item ex
cōcilio Meldensi.ii.q.3.cap. nemo. Et hoc
tenendum est pro certo: licet aliquādo vi-
derim oppositum defendi. Secundò dico,
quod licet excōmunicatio possit iure ferri
pro quolibet mortali, quia finis ipsius est
solus Christus, ut patet.i.Corinthi.5.quam
tollit quodlibet mortale, tamen nō debet
ferri nisi p̄ grauissimis criminibus, de qui-
bus aliter non speratur sanitas. Patet quia
est vltima medicina ecclesiastica, & nocet
plusquā si gladijs feriretur, ut ait Augusti.
Item, quia excōmunicatio non debet ferri
quousq;

quousque peccator non audiat ecclesiam. Item, quia Paulus nō meminit excōmunicationis, nisi propter incestum, cum tamē essent plura alia crimina. Vnde patet, q̄ p̄ temporali damno nō potest ferri excōmunicatio, nisi sit nimis graue. Et quidem iudices p̄essimè faciunt, & grauiter peccant cōcedendo excōmunicationes pro rebus leuibus, por las vuas, mācanas, &c. Et est vna de p̄essimis consuetudinibus quorundam ministrorū ecclesiastica potestate abutentium ista, quę omnia iam corrupta sunt. Et anathematis nomen, quo auditio maiores nostri tremebant, irrisioni nostris tēporibus expositum est. Et ego credo, quòd istę excōmunicationes non obligant, nisi præsumatur esse mortale, id pro quo feruntur: non enim de hoc dubito.

6 Sed vtrum statim q̄ homo peccat mortaliter, possit excōmunicari? Respō. quòd non, quousq; sit cōtumax & rebellis ecclesiæ. Patet Matth. 18. Sic peccauerit in te frater tuus, corripe eum, adhibe tecum, dic ecclesię (& vltimò venit excommunicatio) sit tibi quasi ethnicus. Idem cōstat ex Pau-

lo,

Io, Hæreticum hominem post primam & secundam admonitionem deuita. Vnde de iure nullus potest excommunicari, nisi præcedat trina admonitio : vt patet in cap. sacrosancta. de senten. excommunica. Trina tamen admonitio nō est de essentia excōmunicationis : vt bene notat Palude. d. 18. in. 4. & Duran. ibidē, & Glosa in cap. prædicto, & in cap. statuinius. Nec hoc est cōtra euangelium, nam in euangelio ostenditur ordo iuris, non tamen dicitur, quod ille est necessarius. Verum est, quod non expedit aliter fieri quam in euāgelio expressum est. Nihilominus si quis semel admonitus excommunicaretur pro mortali, excommunicatio esset valida. Non dubito tamen quin admonitio sit de essentia excommunicationis: ita q̄ si quis excōmunicaretur antequam esset admonitus, excommunicatione non teneret. Contra hoc potest fieri vnum argumentum, quia incurrites exēmunicationes latas in iure, nō admontur prius, vt patet de incēdiarijs, de percuſoribus clericorum, &c. qui quidē ipso factō incurruunt in sententiam, ergo. Resp.
quod

quòd tales iam sunt admoniti ab ecclesia,
& à legé Christi prohibente talia crimina,
& ista est sufficiens admonitio.

7 QVAE R I T V R , vtrum excommuni-
catio iniusta sit valida, vel vtrum habeat
aliquem effectum? Nota q̄ excommunicatio,
sicut & quælibet alia sententia, dupli-
ter potest esse iniusta. Primò, quia ipso iure
est nulla: vt si aliquis excommunicet non
subditum, talis continet intolerabilem er-
rorem, & nullum effectum habet, tam in
fōro exteriori, quam in interiori. Ita dici-
tur extra, de sentētia excommuni. cap. per
tuas. &c. statuimus. in. 6. eod. tit. Secundò
dicitur excommunicatio iniusta ex parte iu-
dicis, quia videlicet male iudicauit quacū-
que ex causa id fiat, siue ex odio, siue ex de-
fectu probationis, siue ex ignorantia: talis
ramen non est ipso iure irrita. Et de hac est
nostra disputatio modò, vtrum liget? Est
quæstio nimis grauis, & de qua sunt diuer-
sæ sententiæ. Caieta. 2. 2. q. 70. art. 4. 2. tenet
expressè, q̄ talis sententia omnino est nul-
la, ita quòd nullum prorsus habet effectū
apud Deum, nec apud homines. Probat,
quia

quia excommunicatio nō potest ferri nisi pro mortali, sed iste ut supponimus non peccauit mortaliter, ergo. Item quia sententia iniusta non est sententia: nam secundum S. Tho. 2.2.q.70.art.4. iudicium iniustum non est iudicium, ergo. Adria. quodlibeto. 6. tenet eandem sententiam. Tenent Ricard. d.18.q.5.arti.3. Alexand. 4.p.q.82. membro vlti. Siluest. verbo excommunicatio. 2. §. 2. & 3. Palu. d.18.q.1. ar.3. & Duran. d.18.q.4. Gratia. 11. q.3. cap. qui iustus: & videtur esse sententia. S. Tho. q.21.additio.arti. omnes isti dicunt, quod excommunicatio iniusta ex parte causae si non sit iure irrita, est valida. Horum sententia videtur fundari in cap. pertuas de sententia excōmunica. §. verum inanis. vbi dicitur, quod iniuste excommunicatus debet recurrere ad superiorē, & petere absolutionem ab excommunicatione iniusta, ne ecclesiæ sententiam contēnere videatur, & ex hoc amplius ligetur. Re vera videtur mihi, quod omnes isti doctores loquantur breuius quam oporteat, ideo dicam vobis quod sentio. Et sit prima proposicio, iniuste excommunicatus non priuatur

DE EXCOMMUNICATIONE.

tur suffragijs ecclesiæ communibus. Hanc tenent omnes doctores, etiam illi qui assertant sententiam iniustum ligare. Signanter Ricardus arti.7.q.2. & Palude.q.1. art.1. & Alexan. vbi suprà mēbro. 1. solus Durand. eā negat. Sed rationes Caietani, & Adria. sufficiēter eam probant: ecclesia enim nō approbat iniquam voluntatem & sententiam iudicis quantum ad hoc, cùm sit datum innocentis, sine aliqua utilitate publica. Secunda propositio, talis sententia quæ non est ipso iure irrita, quātum ad hoc valida est, quod sic excommunicatus non solum propter scandalum sed absolute teneatur vitare omnem cōmunionem & vitari. Has duas propositiones tenet beatus Gregor. homil.26. tractans illud Ioan.20. Quorum remiseritis peccata, &c. Patet hæc. 2. ex multis iuris capitibus, & ex Urbano papa.11.q.3.cap. quibusnam. Quia si semel datur facultas cuilibet discernendi an causa sit iusta, vel non, esset magna cōfusio & schisma: ideo ecclesia iustissimè præcipit ut talis remedia querat iuris, & interim sententiam timeat, & ei pareat. Tertia propositio,

positio , si talis participaret in diuinis , vel
alij eidem communicarent publicè , easdē
pœnas incurreret coram ecclesia ac si sen-
tentia iusta esset . Si enim non est delata ap-
pellatio ad superiorem , & conuincor de
cōmunicatione contra præceptum ecclē-
siæ , iudex profectò iustè me cōdemnabit ,
tanquam irregularē . Hæc Innocentius ex-
tra , de sententia excommunicata . cap . 40 . &
Grego . in homilia citata . Quarta proposi-
tio , licet ex vi præcepti ecclesiastici (etiam
in secreto) ille teneatur euitare & euitari
(quia præceptum ecclesiæ æqualiter obli-
gat excommunicatum in publico , & in se-
creto) ex epicheia tamen , siue ex l'icentia
præsumpta , aut ratihabitione potest com-
municare sine scandalo . Quia in alijs præ-
ceptis sanè interpretamur intentionem ec-
clesiæ , cum non est verisimile ipsam velle
obligare . Hic autem nullo pacto est verisi-
mire ecclesiam ad abstinentium obli- are
voluisse . Nec enim vult alicui innocentia
inferre dānum , nisi propter bonū publicū .
Priuare autē in publico , necessariū est ad
publicam vtilitatem : in secreto autem pri-

Bb uare ,

uare, non est necessarium. Hanc puto esse
mentem & Caieta. & S. Thomæ.

8

Q V A E R I T V R , virum excommu-
nicatio ignorata liget? Ad hoc sit prima p-
positio , si ignorantia inuincibilis sit facti
& iuris. i. si sit talis quæ excuset à tota culpa
mortali, excusat etiā à canone, non incurri-
tur excommunicatio. In hoc omnes cōue-
niunt, nec potest negari. Quia excōmuni-
catio non potest ferri nisi pro mortali : sed
iste non peccauit mortaliter vt supponi-
mus, ergo. Patet hæc de cōstitutio. c. 2. rem
quæ culpa caret in dñum vocari non con-
uenit. Secunda, si quis peccet mortaliter,
& excommunicatio nō sit formaliter lata
pro illo facto, non incurrit sententiam ca-
nonis. i. si aliquis sciat se peccare mortaliter,
& ignoret inuincibiliter id pro quo la-
ta est excōmunicatio: non est excommuni-
catus. V.g. occido Petrum & scio me pec-
care illum occidēdo, ignoro tamen inuin-
cibiliter illum esse clericum , non incurro
excōmunicationem. Patet quia excommu-
nicatio non est lata contra percussorē ho-
minis sed clericī , vt expressè habetur cap.
si verò

verò extra de sententia excōmunicatio-
s. Tertia, si factum pro quo lata est excō
unicatio, sit alias licitum, vel non condē
num iure diuino, ignorantia canonis ex
sat à pœna. V. g. si papa nunc sub pœna
cōmunicationis præcipere, ne quis ve-
retur serico, & ego ignorarem canonē
um, non incurrerem excōmunicationē,
quia nō pecco mortaliter cūm ignorarem
incibiliter. Probatur ex.ca.proposuisti
d. Quarta, in omnibus statutis latis ab
dinarijs citra papam, ignorātia iuris si sit
incibilis excusat à sentētia canonis, etiā
faciā mortale pro quo est formaliter lata
communicatio. V.g.episcopus fert sen-
tiam excōmunicationis in concubina-
s, ego ignoro illam, non incurro eam:
os sim cōcubinarius. Et hoc generaliter
verum in omnibus quorūcunque præ-
orum inferiorum papa. Et etiam in reli-
onibus paret, quia ita habetur extra de-
tentia excommunicationis lib.6.cap.vt
imarū periculis, ybi hoc ipsum expressè
itinetur. Et in his quatuor propositioni
omnes conueniunt doctores nemine

DE EXCOMMUNICATIONE.

discrepante. Sed tota difficultas est de ~~se~~ à tal
tentis iuris latis à papa, quibus est anim de
excōmunicatio. V.g. lata est in iure excōmuni
catio contra incendiarios, est duūnic:
an cadens in factum & ignorans inuincitēti:
liter ius, incurrat excōmunicationem cum
hoc sunt diuersæ sententiæ inter docterii
Adria. q. 5. de clauibus. Scotus. d. 16. q. 1.
Maio. d. 18. q. 2. & Glo. in. ca. à nobis dat in
tentia excōmunicationis. & in cap. viii. t.
marum. Ioan. Andre. ibi Bartho. in. li. 3. 8
Etos populos de summa Trini. Omnes
tenent partem affirmatiuā, videlicet et si
ignorantia iuris nō excusat à pœna, seign
cōmunicatione. Probant ex prædicto mu
vt animarum, in quo papa in fauorem pœ
marum instituit, q̄ non incurrat excōmuni
cationem, qui sciens factum ignorari cō
sed præcipit id obseruari in statutis ordinati
orum inferiorum, nullam prorsus tal
mentionē de statutis papæ: ergo cum tur
exceperit summus pōtifex ordinario.
sententias, sit vt sententia iuris committit
in sua vi perseuēret. Item quia ignoras iuris
cui est annexa irregularitas, non en

et à tali poena, ut habetur in cap. cum illo-
num de tentetia excommunicationis, ergo
ex ignorantia iuris cui est annexa excom-
municatio excusabit ab ea. Hæc est horum
intetia, & quidē videtur, quod sit tutior, præ-
missum quia fauet usus ecclesiæ quæ comu-
lter irretitos his laqueis remittit ad supe-
iores per confessores, esto pœnitentes labo-
runt inuicibili ignoratia. Oppositā senten-
tiam tenet Siluest. verbo excommunicatio.
1. l. 3. & excommunicatio vlti. §. 3. & verbo
ignorantia. 1. §. 8. & summa Angel. Et vide
et gessse Caieta. & Anto. Qui omnes tenet,
seignoratia inuincibilis iuris excusat ab ex-
communicatione. Probatur excommunicatio
em potest ferri nisi pro cōtumacia, ut patet
sc̄re uāge. sed qui ignorat inuincibiliter nō
orat cōtumax, ergo. Item si aliquis sciat sub-
sorditiam mali actus, & ignoret inuincibili-
s tam aliquam circumstantiam eius, nō impu-
natur ei ad malitiam talis circumstantia, er-
ror. Ad argumenta utriusq; opinionis po-
munt faciliter responderi. Et quanuis sapiē-
torasimus magister Victoria in neutram par-
on en aperte declinet, tamen primā senten-

tiam reputat tutiorem. Et ideo tenendum
est, quod si fiat id pro quo lata est formi-
ter excommunicatio, incurritur, esto inu-
cibiliter ignoretur ius. Nec valet solu-
Siluestri, quia etiam pontifex est ordinari-
& quod eius sententiæ etiam excipiuntur in
cap. ut animarū periculis: quia est cōtra-
munem usum loquēdi. Nam in titu-
ficio iudicis ordinarij, inrisperiti cōmu-
ter distingūt ordinariū à summo pōtissimum

9 QVAERITVR an incurrat senten-
tiam excommunicationis qui facit aut om-
tit aliquid inuincibiliter credens se incu-
rere excommunicationē propter illud? V-
furatus sum decē aureos in ecclesia, & crī-
do inuincibiliter, quod ob illud crimen sit
sita excommunicatio, cum tamen non sit
dubium, an incurram? Et videtur quod si
quia qui facit actum alias bonum, si cog-
itat esse malum, peccat propter illam co-
scientiam, ergo. Respon. quod in tali casu pe-
co mortaliter, & incurro tantam culpam
pœnam, quantam incurrissem, si de fa-
cuisset imposta excommunicatio pro i-
opere, sicut ego cogito: quia conscientia

quædamnatur, vel absolvitur. Secundò dico quod talis quādiū habet illam conscientiā debet se in omnibus habere, ac si verè esset excōmunicatus, nam aliás peccabit propter cōsciētiā quā habet. Tertiò dico quod talis de facto nullam excommunicatiōne incurrit. Probatur, quia ipse nō potuit supra se ferre talē sententiā nec alius tulit, ergo. Item, quia si ille cogitasset eodem modo, quod propter illud opus incurrebat morte temporalem, nō incurrisset illam propter solam suam imaginationē, ergo. Ad argumētum in cōtrarium dico, quod non est idem iudiciū de culpa & de pœna, nam culpa pendet ex vniuerscuiusq; volūtate, pœna autē non nisi à iure, vel à iudice.

Iam verò de secūdo principaliter quæritur, vtrū liceat cōmunicare cum excommunicato? Hic sunt breuiter tria definienda. Primum in quibus sit licitum cōmunicare cum excōmunicato, & in quibus nō. Secundū an incurrat aliquam cēluram qui participat cū excōmunicato in prohibitis. Tertiū an sit semper mortale peccatū participare cum excōmunicatis in prohibitis.

Quo ad primū, sit prima propositio, post
cōciliū Cōstant. duo genera excōmunicata-
torū tenemur vitare i.e. excōmunicatos no-
minatim, & excōicatos propter notoriā
clericī percussionē: cū his inquā est prohi-
bitū participare, in his quæ in hoc carmi-
nē continentur. Os, orare, vale, cōmunio,
mēsa negatur. Hoc tamē intelligendū est,
quādo tales excōmunicati nō tolerātur in
ministerio ecclesiæ. Nam si tolerantur per
cōmunem errorē, iam diximus suprà q̄ sa
cramēta ab eis collata sunt valida, ac proin
de nō tenemur vitare eos, etiā in istis. Hoc
patet ex iure, & ex prædicto conci. Secun-
da, cū omnibus excōmunicatis quocunq;
modo sint excōmunicati, est licitū partici-
pare in his, quæ hoc carmine continentur,
Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse. Vi-
de in summa Caie. declarationē horū ver-
borum. Tertia, excōicatos nō nominatim,
nec propter notoriā clericī percussionem,
nullus tenetur vitare post cōciliū Cōstan.
etiā in contētis in primo versu. Vnde pos-
sumus cū eis colloqui, diuina officia audi-
re, inducere eos ad administrandum sacra
menta,

mēta, si eis ex officio vel ex commissione
hoc incūbat: quia sic ordinavit concilium,
in fauorē animarum. Hæc est aliquorū nō
omniū. Nam Siluest. Caie. & Adri. tenent
oppositū quo ad participationē sacramen-
torū tam actiuā, quam passiuā: aiunt enim
eos peccare in tali administratione sacra-
mētorū, ac proinde nō licere fidelibus eos
inducere ad eam. Forsitan cōcilium nō or-
dinavit, nisi q̄ facta per tales essent valida:
quia hoc maximē expediebat animabus.
Quo ad secundum de quātitate pœnæ, sit
prima propositio. Qui participat in prohi-
bitis cum excōmunicatis de quibus loqui-
tur prima propositio, incurrit sententiam
excōmunicationis maioris in duobus casi-
bus. Primò quando participat in crimen-
pro quo fuit lata excōmunicatio. Secūdò
quando excōmunicatio fertur sub hac for-
ma, excōicemus Petrum & omnes partici-
pates, & cū illo communicātes. Extra hos
duos casus solū incurrit excōmunicatio
minor: & de hoc nō est dubitandū. Secun-
da propositio, participare cū excōmuni-
catis de quibus in prima ppositione, est pec-
catum

Catum mortale, solū in tribus casibus: scilicet si participet in diuinis, vel in criminis, vel in contemptu ecclesiæ seu clauium. In omnibus alijs solū erit veniale participare cum eis. Hæc omnia habetur ex determinatione concilij Constantien. vt Adria. Antonin. Caieta. Siluest. & usus ecclesiæ testatur. Hoc dico, quia illa determinatio nō extat apud nos, nec in prædicto concil. ex defectu impressorū. Sed multi testatur se vidisse illam. Et papa Eugen. in quibusdam ordinationibus reuocauit omnia facta in cōcil. Basiliensi, vbi fuit ordinatū, quod omnes excōmunicati vitarētur, quod erat cōtra determinationē concilij Constant. Nota hīc quilibet fidelis tenetur iure diuino vitare excōmunicatum (quocunque modo sit excōmunicatus) in duobus casibus, præter eos quos recēsuimus. Primus, quando eius conuersatio est mihi nocua, qua moueat nocendo in fide, vel circa bonos mores. Secūdus, quādo ex mea cōversatione ipse sumit fauorem, para autorizar su doctrina falsa, o error, propter quod est excōmunicatus. Extra hos duos casus non est

est de iure diuino vitare excommunicatum, sed solum de iure positivo.

Q V A E R I T V R , vtrum excōmuni-
catū ab episcopo Salmātino , vel Burgēsi,
&c. teneātur vitare qui sunt de alio episco-
patu, supposito q̄ sciāt illum esse excōmu-
nicatum? Videtur q̄ nō, quia supra Burgē
ses nullam potestatē habet episcopus Sal-
mātinus: quomodo ergo poterit illos obli-
gare ad nō participandum cū suo excōmu-
nicato. Scotus.4.d.19.q.5. respōdet (& be-
ne) q̄ omnes qui sunt in ecclesia Dei, tenē-
tur vitare eū in quocunq; loco existat ex-
cōmunicatus . Sed tamen nō bene respon-
det ad argumētum in contrariū, nam dicit
q̄ episcopus nō habet de iure diuino pote-
statem excōmunicandi , nam sic nō posset
obligare nō subiectos ad nō participandū
cū suo excōmunicato: sed habet talem po-
testatē ex cōcessione papæ, à qua habet, q̄
possit priuari omnibus suffragijs & cōmu-
nicationibus licitis . Sed dico q̄ episcopus
de iure diuino habet potestatē excōmuni-
candi subditos ex officiō , & ordinaria &
propria potestate. Et quicquid potest pa-
pa

pa in toto orbe , potest etiam episcopus in suo episcopatu, stando dūtaxat in iure positiuo: paucis exceptis, vt creare episcopū. Vnde ad argumentum , quomodo potest episcopus obligare non nisi subditos: dico q̄ potest ex eo q̄ est de iure diuino , q̄ excōmunicatus in vno loco vitetur in omni bus alijs: vt patet ex serie euangelica, Si ecclēsiā nō audierit , sit tibi quasi ethnicus & publicanus . Omnibus christianis dicitur illud , non solūm dicitur illis , qui vniuersit̄ sunt episcopatus sed omnibus. Secundō dico cum Maio. 4.d.18. q.4. q̄ illa obligatio nō prouenit ex senten. episcopi, sed ex dispositione iuris humani, quod quidē p̄cipit, quod excōmunicatus in vno episcopatu vitetur in alijs omnibus: vt habetur in concilio Niceno cap. 5. & in concilio Sar dicen.ca.16.&.17.& in concilio Citroche no cap.2.&.3. Hæc autem habentur.ii.q.3. in multis cap.cap. si quis presbyter. & cap. quisquis, &c.

Q V A E R I T V R , an obligatio ad nō participādum cū excōmunicatis, sit tanta q̄ obliget ad sui obseruātiām, etiā cum periculo

riculo mortis? V.g. Tyrannus vel alius ex-
cōmunicatus minatur mihi mortē nisi cō-
municem cū illo, vel dicā ei missam, an te-
near mori potiusquam id facere? Est quæ-
stio grauis, & disputatur in prima secundæ
q.96.art.4. Sunt opiniones, quidā dicunt ꝑ
lex humana ex natura sua & de per se non
potest obligare ad sui obseruātiā cū peri-
culo mortis, & si aliquando obligat est de
per accidēs, quia scilicet adiungitur bono
cōmuni, vel fidei, vel religionis. Probant
quia debet esse iusta, vt si papa obligaret
me ad nunq̄ comedēdum carnes feria sex-
ta, certè esset lex impia, ergo. Caiet. prima
secundæ loco citato, tenet oppositū. Dicit
enim ꝑ papa & rex possunt cōdere legem
quæ ex sua natura & de per se obligat ad
sui obseruātiā cū periculo mortis. Dicit
secundò, ꝑ si aliqua lex nō obligat isto mo-
do, est solum ex benignitate legislatoris,
qui noluit obligare cum tali periculo, non
autē ex vi legis. In summa autem sua dicit
multa, respondēs ad quæst. Primò ait, ꝑ in
humanis nō est mortale cōmunicare cum
excōmunicatis in prohibitis, & ꝑ ab excō
munica-

municatione propter talem metum excusat. Secundò dicit, quod in diuinis etiam secluso contéptu ecclesiæ, nullo modo licet cōmunicare cum excōmunicatis, etiā ob vitādam mortē. Quia talis participatio est mortalís, quæ nullo metu excusatur: ut dicitur in cap. sacramētis, extrā, de sentētia excōmunicatiōis. Certè ista sentētia est nimis grauis & odiosa. Vnde dico, q̄ metus mortis excusat à mortali & ab excōmunicatione, propter participationē in diuinis cum excōmunicatis incurrendam, secluso contéptu ecclesiæ. Probo, quia nō est verisimile, q̄ ecclesia intēdit obligare ad obseruantiam suarū legum cum detrimēto salutis propriæ. Cum ergo excōmunicatio sit pœna ecclesiastica, & de iure positivo, nō est dicēdum q̄ obligat cum periculo mortis. Et sic ad. c. sacramētis: dico q̄ illa decreta talis est intelligēda, quando in contēptum ecclesiæ minatur mors. Vel quādo cōmittitur peccatū mortale interueniente morte. Vel quādo participat in crimen criminoso cum excommunicato, ut ait. S. Tho. quodlibeto. 12. ar. 9. & Siluester verbo me-

tus,

tus. §. 7. & Durand. distin. 18. q. 5.

Q V A E R I T V R , vtrum ipse met ex-
cōmunicatus teneatur vitare fideles? & lo-
quor de omnibus excōmunicatis quocūq;
modo. Respōdeo, & sit prima propositio,
excōmunicatus cuius excōmunicatio est
occulta nō tenetur ratione excommunica-
tionis abstinere in publico cōsortium alio-
rum, & cōmunionem, etiā in diuinis, sed
potest & debet se in omnibus ita habere,
ac si nō esset excōmunicatus. Hæc est con-
clusio Siluestri verbo excōmunicatio. 3. §.
5. Probatur nullus tenetur se infamare, imò
omnes tenentur iure diuino & naturali ad
tuēdam famā maximē propriā (curam ha-
be de bono nomine) ergo. Item quia quili-
bet tenetur nō scandalizare alios: sed si ex-
cōmunicatus secretē, fugeret aliorū cōfor-
tia, scandalizarētur illi nesciētes causam, er-
go non debet fugere. Secunda, publicē ex-
communicatus tenetur vitare alios fideles
tam in publico quām in secreto: de hoc nō
est dubiū. De quātitate publici excōmuni-
cati, publicē sī cōmunicet cum alijs in diui-
nis & prohibitis, idē est iudiciū ac de pec-
cato

cato participatiū cum eo, nō peccat ille magis quā illi: excepto q̄ fideles post conciliū Constātiense habēt facultatem inducēdi excōmunicatos non nominatim, nec propter notoriā clerici percussionē, ad aliqua in quibus si se intromitteret ipsi excōmunicati non rogati, grauiter peccarent.

24

Sed vtrum vnuſ excōmunicatus teneatur vitare aliū excōmunicatum? Videtur q̄ non, quia olim leprosi qui hos excommunicatos figurabāt, poterant inuicē colloqui & cōuersari, ergo. Item quia excommunicati nō sunt iam de corpore mystico ecclesiæ à quo separat excōmunicatio, ergo. Respō. q̄ sine dubio tenendū est quod ita est prohibitū excōmunicato, participare cum alijs excōmunicatis, sicut cū alijs fidelibus, & æquè peccat cōmunicando cū illis, ac cum istis. Et omnes excommunicati, sic ad inuicē cōmunicantes, incurrit excommunicationē minorē. Patet, quia alijs excōmunicati essent melioris conditionis vt sic, quam nō excōmunicati: qui quidem priuātur illa conuersatione. Item, quia adhuc sunt mēbra ecclesiæ per fidē. Secundò dico,

dicō, quod excommunicati ob hoc solum
 & sunt excommunicati, non sunt exempti
 à legibus & præceptis suorum prælatorū,
 & papæ. Quia nō sunt omnino extra ecclē-
 siam, sicut ethnici, nec sunt totaliter abscis-
 si: & ideo tenentur superioribus parere, &
 secus facientes peccant, & incurruunt alias
 excommunicationes & pœnas.

Dico vltimo, q̄ titulo excōmunicatio-
 nis maioris prohibetur nō solum licita cō-
 uersatio cum excōmunicato, sed etiam illi-
 citia. Vnde mulier subijciens se excōmuni-
 cato, grauius peccaret, quā si peccaret cum
 non excōmunicato. Itaq; præter malitiam
 quam habet illud peccatū ex suo genere,
 habet aliquam rationem circunstantiæ ex
 communicationis. Hoc patet, quia in pro-
 hibitione cōmunicationis, includitur pro-
 hibitio illicitæ communicationis à fortio-
 ri: & non dubites de hoc.

Dico denique, nō sacerdotes posse ex-
 cōmunicare, dummodo iurisdictionē ha-
 beant in foro cōtentioso, vt archidiaconi,
 legati, & electi. Sed est graue dubiū, an oc-
 culte excōmunicatus possit excōmunicare.

Cc re:

15

16

DE EXCOMMUNICATIONE.

re: ita q̄ talis sententia valeat? Palu. 4. d. 18.
q. 2. respondet, q̄ sic. Probat ex cap. ad pro
bādum de sententia & re iudicata. Et ex le.
Barbarius. ff. de re iudicata. Et habetur. 3.
q. 7. c. 1. & 8. q. 4. cap. nōne. Idem tenet Gra
tianus. 3. q. 7. in fine. Contrarium Siluester
verbo excōmunicatio. 2. §. 1. Nam Alexan
der. 24. q. 1 c audiuimus, dicit excōmunica
tum excommunicare non posse, nec enim
deiūcere potest quēquam iam prostratus.
Idem patet in cap. aduersus de immunitate
ecclesiarū, & ibi Glosa. Et in cap. exceptio
nem de exceptionibus. Ad hoc responde
tur, publicē excōmunicatū suspensum esse
ab officio & beneficio ecclesiastico, de iu
re cōmuni, ecclesiastico tamē, nam à ciuili
nō est suspensus, ita q̄ sententiæ non valeat:
nisi cum per annū perseuerat in excōmu
nicatione, vt habetur extrā de hæreticis. c.
excommunicamus. §. credentes. Suspensus
quoq; est à beneficio suscipiendo: ita q̄ non
possit accipere, nec retinere si accipit. Pa
tet, de clero excōmunicato cap. postula
stis. A fructibus etiā percipiendis beneficij
quod habuit ante excōmunicationē, ipso
iure

iure suspeditur de appellatio. cap. pastoralis. §. verū quia. Sed nō priuatur beneficijs habitis ante excōmunicationem eo ipso: priuandi tamen sunt & expoliandi, si diu in excōmunicatione permaneant: ut patet de ætate & qualitate. c. cum bonæ memoriæ. Et de hæreticis. c. excōmunicamus. §. credētes. Quæro an ab officio sint suspen-
si? Patet. 24. q. i. c. audiuimus. Et de excessi-
bus prælatorum. c. vlti. Et omnes iurisperi-
ti atq; theologi ita sentiūt. Occultè autem
excōmunicatus nō est suspēsus ab officio.
Nam publici officij gesta ab excōmuni-
cato occulto valent, nec sunt irrita quādiu to-
leratur ab ecclesia. Et hæc est opinio com-
munis Ricard. 4. d. 18. ar. 7. q. i. Caius. in sum-
ma verbo absolutio. Innocē. cap. veritatis
de dolo & cōtuma. Panor. ibid. Siluest. ver-
bo excōmunicatio. 3. §. 10. II. &. 23. Nam si
actus occultè excommunicati irritarētur,
postea cū detegeretur excommunicatio,
multi de suo statu dubitarēt. Item patet ex
cōcil. Constanti. in quo ad euitāda scādala
& multa pericula, solū priuamur à cōmu-
nicatione excōmunicatorū qui sunt specia-

liter nominati, vel percussores clericorū;
 & tamen si essent irrita quæ facerēt, tenere
 mur abstinere. Item in cap. ex pia de exce-
 ptio. lib. 6. Item sentētia lata ab excōmuni-
 cato occulte, tenet quantum ad exteriora,
 & nō solum ratione scādali. 8. q. 4. cap. non
 ne. Credo tamen ꝑ per talem sententiā nō
 priuatur excōmunicatus suffragijs cōmu-
 nibus. Quia ex parte ferētis erat nullā: sed
 valida ratione præcepti ecclesiastici, & p-
 pter vtilitatē communē. Cōfirmatur, quia
 concilium Constant. voluit illā indulgen-
 tiā esse, non in releuationē excōmunica-
 ti, sed populi christiani: ergo cum priuare
 suffragijs pertineat ad autoritatē ipsius ex-
 communicatis, non debet releuari. Suffra-
 gijs inq. i. bonis interioribus, quę Deus pre-
 het mēbris suę ecclesiæ. Nam bene priuat
 eum orationibus publicis, missa, officio di-
 uino. An autē publicē excōmunicatus pos-
 sit dare facultatē audiēdi confessiones? Pa-
 lu. 4. d. 23. q. 2. tenet ꝑ sic. Ego credo ꝑ nō,
 quia est suspensus. Occultē autem excom-
 municatus licitē potest alteri cōmittere,
 ipse verò licitē absoluere non potest.

Quo

Quo ad quartum & ultimū de excōmuni-
catione minori, dicimus primò, quod ex
communicatio minor est censura ecclesia-
stica, qua homo excluditur à passiuā tantū
participatione sacramētorum: & ex conse-
quenti à passiuā electione canonica. Quia
sic disponit ius, extrā de clero excōmuni-
cato. Et hæc excōmunicatio post conciliū
Constanti, in duobus tātum casibus incur-
ritur. Primus si participatio interuenit cū
nominatim excōmunicatis publicè. Secū-
dus si cū excōmunicatis propter manū
violentā in clericum notoriā (extra casus
à iure permisso) & peccat mortaliter pec-
cato sacrilegij excōmunicatus minore ex-
communicatione, si se ingerit passiuā par-
ticipationi cuiusq; sacramēti. Quia exclu-
sus ab ecclesia indignus accedit: sicut excō-
municatus maiore ingerens se diuinis. Par-
ticipates autem cum excommunicato mi-
nore, nullam ex participatione incurruunt
censuram. Quia excommunicatione minor
non transit in tertiam personā.

Sed vtrūm quilibet sacerdos possit ab-
soluere ab excōmunicatione minori? Re-

Cc 3 spondeo

spondeo q̄ non secundū Caietanum, verbo absolutio, & verbo excōmunicatio minor circa finem. Et Siluester verbo absolu
tio. i. §. 2. & est communis opinio. Probat Caieta. quia quæcunq; excōmunicatio est vinculum fori contētiosi, ergo exigitur in absoluente potestas iurisdictionis in eodē foro; at simplex sacerdos nō est iudex, nec habet nisi potestatē ordinis, ergo. Confir-
matur ex cap. nuper de sentētia excommu-
nicationis. Oportet ergo recurrere ad mi-
nistrum ecclesiæ habentem alias potestatē
iurisdictionis: & posset diaconus, imò sim-
plex clericus habens iurisdictionem, absolu-
uere à minore excommunicatione, mul-
to magis quām à maiore. Quoniā vtriusq;
absolutio non spectat ad potestatem
ordinis, sed iurisdictionis. Et ista
pro materia excommu-
nicationis suffi-
cient.

LAVS DEO.





SEQVITVR TABVLA QVAE
stionum & articulorum in hac
summa contentorum.

QVæsto. i. de sacramētis
in cōmuni, quid sit sa-
cramentū. folio. 4. pa-
gina. i. numero. i.

Vtrum differat sacramēta no-
uae legis à sacramentis ve-
teris legis. fo. 5. pa. 2. nu. 2.

Vtrum sint septē sacramenta
nouæ legis. fo. 6. pa. 2. nu. 3.

Sacramentorum sufficientia.
fo. 7. pagi. 1. nu. 4.

Vtrum baptismus fuerit insti-
tutus ante Christi passionē.
fo. 9. pa. 1. nu. 5.

Vtrum obligatio baptismi, &
aliorū sacramentorū nouæ
legis incepit, statim post
Christū passū. fo. 10. pa. 1. n. 7

Promulgatio euangeli quan-
do fuit facta sufficienter.
fo. 11. pa. 2. nu. 8.

De Baptismo.

Vtrum materia baptismi
sit aqua simplex & ele-
mētaris. fo. 12. pa. 1. n. 9.
Quæ sit forma baptiſmi. fol.
12. pa. 2. nu. 10.

Quæ mutatio impedit baptismi
formā. fo. 13. pa. 1. n. 11

Vtrū baptismus in nomine Chri-

sti sit validus. fo. 13. pa. 1. n. 12

Vtrū in nomine Trinitatis sit
etiam validus. fo. 14. pa. 1.

Baptizatis perlona, an debeat
explicari. fo. 14. pa. 2. nu. 13.

Vtrum duo simul possint ba-
ptizare. fo. 15. pa. 2.

Vtrū baptizata perlona, debeat
explicari. fo. 15. pa. 1. nu. 14.

Vtrum sit necessariū, q̄ puer
baptizādus mergatur aqua.
fo. 16. pa. 2. nu. 15.

Vtrū baptismus remittat om-
nia peccata actualia. fo. 16.
pa. 1. nu. 16.

Vtrum baptismus remittat to-
tam poenam. fo. 16. pa. 1.

Vtrum in baptiſmo detur gra-
tia. fo. 17. pa. 1. nu. 17.

Vtrum baptismus in omnibus
conferat æqualem effectū.
fo. 17. pa. 1. nu. 18.

Vtrum peccator in actuali pec-
cato sit baptizandus. fo. 17.
pa. 2. nu. 19.

Vtrum recedente fictione in-
cipiat valere baptismus. fo.
18. pag. 1.

Vtrum sint plura baptismata.
fo. 18. pa. 2. nu. 20.

Vtrum pueri sint baptizandi.
Dd fo.

T A B V L A.

fo. 19 pa. 1. nu. 21.

Vtrum furiosi & amentes sint baptizādi. fo. eo. pa. 2. nu. 22
Vtrum pueri infidelium in uitis parentibus sint baptizādi. fo. 20. pa. 1. nu. 23

Vtrum mali ministri conferant vera sacramenta. folio 21. pa. 1. nu. 24.

Vtrum ministrans sacramentum in mortali peccet mortaliter. fo. 22. pa. 1. nu. 25

Vtrum liceat recipere sacramenta à malis ministris. fo. 22. pa. 2. nu. 26

Vtrum liceat recipere ab excommunicatis. fo. 23. pa. 2. nu. 27.

Verum puer intra uterū possit baptizari. fo. 23. pa. 1. nu. 28

Quid faciendum de muliere damnata ad mortem. folio 24. pa. 1. nu. 29

Quæ ætate sunt pueri baptizādi. fo. 24. pa. 2. nu. 30

Vtrum ad baptismum requiratur intentio baptizantis. fo. 25. pa. 1.

Vtrum baptismus possit iterari. fo. 25. pa. 2. nu. 31

Vtrum pueri secrete baptizato, sint repetēdæ solēnes benedictio. eccl. fo. 27. pa. 1. nume. 32

Vtrum in baptismo puer faciat votum. fo. 27. pa. 1. nu. 33

Vtrum in baptismo debeant

cōcurrere simul materia & forma. fo. 27. pa. 2. nu. 34.

Q uæstio. 2. de Confirmatione.

Vtrum confirmatione sit à Christo instituta. folio 28. pa. 1. nu. 35

Quæ sit materia confirmationis. fo. 29. pa. 1. nu. 36

Vtrum balsamū sit de necessitate confirmationis. fo. 29. pa. 1.

Vtrum chrisma debeat esse cōsecratum. fo. 29. pa. 2. nu. 37

An chrisma debeat ab episcopo cōsecreari. fo. 30. pa. 1. n. 38

Quæ sit forma confirmationis. fo. eo. pa. 2. nu. 39

An cōfirmatio imprimat characterem. fo. 31. pa. 1. nu. 40

An possit aliquis non baptizatus cōfirmari. fo. 31. p. 1. n. 41

An confirmatione conferat gratiam. fo. 20. pa. 2. nu. 42

An omnes debeat cōfirmari. fo. & pa. ead. nu. 43

In qua ætate sit conferendum hoc sacramētum confirmationis. fo. 31. pa. 1. nu. 44

An solus episcopus possit hoc sacramentum conferre. fo. eod. pa. 1. nu. 45

Quis sit ritus sacramenti confirmationis. fo. 31. pa. 2. n. 46

Q uæstio. 3. de Eucharistia.

Vtrum

T A B V L A.

- V**trum eucharistia sit sacramentum. fol.33.pa.2.nu.47
 Vtrum sit de necessitate salu. fo.34.pa.1.nu.48
 Vtrum sint aliquæ figuræ huius sacramenti. fo.& pa.ea.n.49
 Vtrum materia eucharistiae sit panis & vinum. fo.34.pa.2. nume.50
 Vtrum panis consecrandus de beat esse azymus. fol.35.pa.2.nu.51
 Vtrum requiratur certa & de terminata quantitas panis. fo.36.pa.1.nu.52
 Vtrum oporteat materiam consecrationis esse præsentem. fo.36.pa.1.nu.53
 Vtrum vinum sit materia huius sacramenti. fo.eod.pa.2. nume.54
 Vtrum in aceto possit consecrari. fo.37.pa.1
 Vtrum in musto possit consecrari. fo.37.pa.1
 Vtrum aqua sit misæda cum vino. fo.& pa.2.nu.55
 Vtrum in eucharistia maneat substantia panis. fo.38.pa.1. nume.56
 Vtrum omnia accidentia panis & vini maneant. fol.38. pag.1.nu.57
 Vtrum hæc conuersio sit instantanea, vel successiva. fo.
- ead.pag.ead.nu.58
 Vtrum Christus sit totus in tota hostia, & totus in qualibet parte. fo.38.pa.2.nu.59
 Vtrum Christus mouetur in eucharistia. fo.39 pa.2.nu.60
 Vtrum Christus possit videri in hostia consecrata. fo.40. pag.1.nu.61
 Quid faciendum quando in hostia apparet puer, vel alia forma quævis. fo.40 pag.2. nume.62
 An accidentia in hoc sacramento habeant aliquod subiectum. fo.41.pa.2.nu.63
 An liquor nō conferratus possit misceri vino consecrato. fo.41.pa.2.nu.64
 Quæ sit forma cœlerandi panis. fo.42.pa.2.nu.65
 Quid demòlretur per ly hoc. fo.43 pa.2.nu.66
 Qui sunt effectus eucharistiae. fo.44.pa.1.nu.67
 Vtrum per hoc sacramentum remittatur mortale peccatum. fo.44.pa.2.nu.68
 Vtrum prærequiratur cōfessio ante eucharistiae sumptionem. fo.45.pa.2.nu.69
 Vtrum aliquando licet lumine sine prævia confessione. fo.47.pa.1.nu.70
 Vtrum eucharistia sit danda peccato i persecutati in pec-

T A B U L A

- cato. fo. eod. pa. 2. nu. 71.
- V**trum nocturna pollutio im-
pediat sumptionem eucha-
ristiæ. fo. 48. pa. 2. nu. 72
- V**trum sumens eucharistiam
debeat esse iejunus. fol. 49.
pag. 2. nu. 73
- V**trum in necessitate liceat co-
secreare post prandium. fol.
50. pa. 2. nu. 74
- V**trum eucharistia possit dari
non habentibus viuum ratio-
nis. fo. 51. pag. 2. nu. 75
- V**trum liceat quotidie comu-
nicare. fo. 52. pa. 1. nu. 76
- V**trum sit præceptum de eu-
charistiæ sumptione. fo. 53.
pag. 2. nu. 77
- V**trum sit necessarium sume-
re eucharistiam sub utraq; spezie. fo. 54. pa. 1. nu. 78
- V**trum minister eucharistiæ sit
sacerdos. fo. 55. pa. 1. nu. 79
- V**trum comunicare laicos per-
tineat ad sacerdotes solos,
fo. 55. pa. 2. nu. 80
- A**n malus sacerdos possit con-
secrare. fo. 56. pa. 1. nu. 81
- A**n missa mali sacerdotis tan-
tum proficit ac missa boni.
fo. 56. pag. 2. nu. 82
- A**n heretici, schismatici, exco-
municati, possint consecra-
re. fo. 57. pa. 1. nu. 83
- A**n liceat audire missam, aut
recipere eucharistiæ ab hæ-
- reticis, schismaticis, & ex-
communicatis. fo. 58. pag. 1.
nume. 84
- A**n liceat sacerdoti abstinere
omnino à celebratione. fol.
58. pa. 2. nu. 85
- Q**uod sit opportunū tempus ad
celebrandū. fo. 59. pa. 2. nu. 86
- A**n liceat pluries in die cele-
brare. fo. 60. pa. 1. nu. 87
- Q**uo tempore missa sit celebrā-
da. fo. 61. pa. 2. nu. 88
- I**n quo loco sit celebrandū. fo.
cod. pa. 2. nu. 89
- Q**uomodo ecclesiæ violatur &
reconciliari debeat. fol. 62.
pag. 1. nu. 90
- Q**uando incepit missæ cele-
bratio. fo. 63. pa. 1. nu. 91
- Q**uomodo sit occurrentū de-
fectibus in missa contingē-
tibus. fo. 63. pa. 2. nu. 92

Quæstio. 4. de

Pœnitentia.

- A**n pœnitentia sit sacramē-
tum. fo. 64. pa. 2. nu. 93
- Q**uae sit materia & for-
ma pœnitentiæ. fo. 65. pa. 2.
nu. 94. & 95
- A**n pœnitentia sit sufficiens re-
medium contra peccata. fo.
66. pa. 2. nu. 96
- A**n pœnitentia sit necessaria
post peccatum. fo. 67. pag. 1.
nume. 97

An

T A B V L A.

- An per poenitentiam poena debita peccatis remittatur. fo. 67. pa. 2. nu. 98.
- Quomodo remittatur peccata venialia. fo. 68. pa. 1. nu. 99.
- An peccata remissa temel, redcant per seques peccatum mortale. fol. 69. pa. 2. nu. 100.
- An per poenitentiam restituatur gratia perdita, & virtutes. fo. 70. pa. 1. nu. 101.
- Per omnia bona opera restituitur aliquid de gratia perdita. fo. 71. pa. 2. nu. 102.
- Quid sit contritio. fo. 72. pa. 1. nume. 103.
- Vtrum sufficiat solum dolere de praeteritis, vel an requiratur propositum cauendi futura. fo. 73. pa. 1. nu. 104.
- Vtrum contritio debeat esse distincta de singulis peccatis. fo. 73. pa. 2. nu. 105.
- Vtrum quicunque dolor licet parvus sufficiat ad remissionem peccatorum. fo. 74. pa. 2. n. 106.
- Verum de maiori peccato sit habenda maior contritio. fo. 75. pa. 2. nu. 107.
- Vtrum contritio debeat procedere ex dilectione Dei super omnia. fo. 76. pa. 1. n. 108.
- Vtrum omnis qui habet contritionem consequatur gratiam infallibiliter. folio 77. pag. 1. nu. 109.
- Vtrum attritio possit fieri contritio. fo. 77. pa. 2. nu. 110.
- Vtrum tota vita praesens sit tempus contritionis, & quando tenetur homo conteri. fol. 78. pag. 1. nu. 111.
- Vtrum post hanc vitam sit locus poenitentiae. fo. 79. pa. 1. nume. 112.
- Vtrum peccata venialia remittantur post hanc vitam. fol. 79. pa. 2. nu. 113.
- Vtrum remittatur per contritionem tota poena debita peccatis. fo. 80. pa. 1. nu. 114.
- Vtrum confessio sit de necessitate salutis sicut baptismus. fo. 80. pa. 2. nu. 115.
- Vtrum confessio sit tam necessaria sicut baptismus. fo. 81. pa. 2. nu. 116.
- Vtrum confessio sit de iure naturali. fo. 82. pa. 1. nu. 117.
- Vtrum teneamus confiteri peccata venialia. fol. & pa. ead. nume. 118.
- Vtrum possit aliquis confiteri peccatum quod non habet. fo. 82. pa. 2. nu. 119.
- Item de scrupulis. fo. 83. pa. 2.
- An qui confiteretur veniale quod non fecit, peccet mortaliiter. fo. eo. pa. 2. nu. 120.
- De tempore quo obligat preceptum confessionis. fo. 84. pag. 1. nume. 121.

T A B V L A.

- Vtrum aliquādo teneamur statim confiteri. fol. 84. pa. 2.
nume. 122
- Vtrum teneamur confiteri in articulo mortis. fo. 86. pa. 2.
nume. 123
- Vtrum ante eucharistiam teneamur cōfiteri. fo. 87. pa. 2.
- Vtrum ad recipienda alia sacramenta, teneamur confiteri. fo. 88. pa. 1. nu. 124
- Vtrum ad administranda sacramenta, teneamur confiteri. fo. 88. pa. 1. nu. 125
- Vtrum teneamur confiteri semel in anno. fo. eo. p. 2. n. 126
- Vtrū obliuiosus teneatur scribere peccata ad confitendū. fo. 88. pa. 2. nu. 127
- In qua ætate tenetur homo cōfiteri peccata sua fo. 89. pa. 1.
nume. 128
- Vtrum papa possit dispensare in præcepto confessionis. fo.
89. pa. 2. nu. 129
- Vtrum sit necessarium cōfiteri sacerdoti. fo. 90. pa. nu. 130
- Vtrum venialia possint confiteri laico. fo. 91. pa. 1.
- Vtrum mortalia possint laico confiteri. fo. eo. pa. ea. nu. 131
- Vtrum confessio sit facienda proprio sacerdoti. fo. 92. pa.
2. nume. 132
- Quis sit pprius sacerdos. ibid.
- Vtrum in absentia proprij sa-
- cerdotis liceat confiteri alteri. fo. eod. pa. 2.
- Vtrum petens à proprio sacerdote licentiam, & non obtinens, possit cōfiteri cuiuscumque voluerit. fo. 94. pa. 1.
- Cum non expedit proprio sacerdoti confiteri, quid facie dum. fo. 94. pa. 1. nu. 133
- Vtrum qui in paſcha cōmuni cavit sine confessione prævia, teneatur iterū confiteri illo met anno. fol. eod. pa. 2.
nume. 134
- Qui ex causa non communicauit in paſcha, an teneatur posteā communicare. fo. & pa. ea. nu. 135
- Vtrum de licentia proprij sacerdotis liceat alteri confiteri. fo. 95. pa. 1. nu. 136
- Vtrum potens eligere confessorē, possit eligere sacerdotem non expositum. fol.
95. pa. 1. nu. 137
- Vtrum proprius sacerdos possit audire sibi subditum in alio episcopatu. fo. eod. pa. 2.
nume. 138
- Vtrum non sacerdos habens curam animarū, possit concedere facultatem eligendi cōfessorē. fo. 96. pa. 1. nu. 139
- Vtrum ratiabilitio det facultatem absolviendi. fol. eod.
pag. 1. nume. 140

Quis

- Quis sit proprius sacerdos singularum personarum. fo. 97
pag. 1 nu. 141
- Itinerantium & peregrinorum quis sit proprius confessor. fo. 98 pa. 1 nu. 142
- Vtrum articulo mortis quilibet possit absoluī à quolibet sacerdote. fo. 99. pa. 2. nu. 143
- Vtrum confessio informis sit valida. fo. 99. pa. 1. nu. 144
- Vtrum sacerdos debeat absoluere eū quē scit imperfecte dolere. fo. 100 pa. 2. nu. 145
- Vtrum cōfessio debet esse integræ. fo. 101. pa. 1. nu. 146
- Vtrum confessio non integræ ex negligētia examinationis, sit valida. fo. eo. pa. 2. nu. 147
- Vtrum requiratur maxima diligentia ad examinandam cōscientiā. fo. 102. pa. 1. n. 148
- Vtrum confessor debeat cum audire qui non fecit examinationem. fo. eo. pa. 2.
- Vtrum habens peccata reservata possit integrè confiteri. fo. 102. pa. 2. nu. 149
- Vtrum inferior aliquādo possit absoluere à reservatis. fo. 103. pag. 2.
- Vtrum per cōfessionem informem tatisfiat præcepto ecclæ. fo. eo. pa. 2. nu. 150
- Vtrum in necessitate confessio dimidiata sit valida. fo. 104 pa. 1 nu. 151
- Vtrum virtute absolutionis remittantur peccata oblita. ibidem. nu. 152
- Vtrum in confessionibus generalibus de peccatis aliās confessis liceat dimidiare confessionē. fo. eo. pa. 2. nu. 153
- Vtrum ex defectu fatti factio- nis sit iteranda confessio. fo. 105. pa. 1. nu. 154
- Vtrum confessio facta sacerdoti ignorantis sit valida. fo. eo. pag. 2. nu. 155
- Vtrum cōfessio in qua sacerdos nō aduertit ad peccata sit valida. fo. 106. pa. 2. n. 156
- Vtrum liceat confiteri peccata semel iam confessæ. fo. eo. pa. 2. nu. 157
- Vtrum confessio per nuncium teneat. fo. 107. pa. 2. nu. 158
- De confessione per interpretē. fo. 108. pa. 1. nu. 159
- De cōfessione per scripturam. fo. 108. pa. 2. nu. 160
- Vtrum teneamus cōfiteri circumstantias peccatorum. fo. 109. pa. 1. nu. 161
- Quæ circumstatiæ sint necessaria confendæ. fo. 110. pa. 2. numc. 162
- De circumstantijs aggrauantijs. fo. 110. pa. 2. nu. 163
- Vtrum confessor possit absoluere pœnitentē contra pro-

T A B V L A.

priā opinionē. f.ii. p.1.n.164
 Vtrum necessario sit confiten-
 dus numerus peccatorum.
 fo.ii. pa.1.nu.165
 Vtrum ligillum cōfessionis sit
 necessariū. fo.ii.4. pa.2.n.166
 Quid faciet confessio cum in-
 terrogatur de peccato con-
 fesso ibi. fo.ii.5. pa.1.nu.167
 Quomodo reparabitur defe-
 ctus factus in confessione.
 fo.ii.5. pa.1.nu.168
 Vtrum fācerdos teneatur sile-
 re peccatum publicum sibi
 cōfessum. fo.ii.6. pa.1.n.169
 Vtrū de līcēia pōnitentis li-
 ceat cōfessori reuelare pec-
 catum. fo.ii.7. pa.1.nu.170
 Vtrum alia quæ sc̄itur in cō-
 fessione præter peccata, ca-
 dant sub sigillo cōfessionis.
 fo. eod. pa.1.nu.171
 Vtrum in cōmuni liceat reue-
 lare peccata audita in con-
 fessione. fo. eod. pa.2.nu.172
 Vtrum secrēta quæ extra con-
 fessionem cōmittuntur sub
 sigillo cōfessionis, sint sicut
 secrēta confessionis silēda.
 fo.ii.8. pa.1.nu.173
 Vtrum confessio sit à Christo
 præcepta. fo. eod. pa.1. nu.174
 Consil. de confessio. ante. xl. fo.
 ii.9. pa.2.nu.175
 An teneatur confessio interro-
 gare pōnitentem. folio.ii.9

pag.2.nu.176
 Vtrum circumstantia loci sit
 necessario confitenda. folio
 ii.1. pa.2.nu.177
 Vtrum circumstantia tempo-
 ris etiam. fo.ii.2. pa.1.nu.178
 Vtrum liceat habere duos cō-
 fessores, vnum pro magnis,
 alterum pro leuisbus. fo.ii.2.
 pa.1.nu.179
 Vtrum ei qui credit se iterum
 peccatum, sit negāda ab-
 solutio. fo. & pa. ea. nu.180
 Vtrum post confessionem ma-
 neat reatus ad pōnam. fol.
 eod. pa.2.nu.181
 Vtrū possit aliquis satisfacere
 p peccatis. fo.ii.3. pa.1.nu.182
 Vtrū vnuis homo possit p alio
 satisfacere. fo.ii.4. pa.1.n.183
 Vtrum possit homo satisfac-
 re pro vno peccato & non
 pro alio. fo.ii.4. pa.2.nu.184
 Vtrum satisfactio debet fieri
 per opera pōnalia. fo.ii.5.
 pa.2.nu.185
 Vtrum possit fieri satisfactio
 per opera aliās debita. folio
 ii.6. pa.2.nu.186
 An implens pōnitentiam in-
 iunctā à confessore, dum au-
 dit missam de præcepto, sa-
 tisfaciat. fo.ii.7. pa.2.nu.187
 An is cui iniungitur q̄ ieiunet
 satisfaciat ieiunando in die
 præcepto ab ecclesia. folio
 &

T A B U L A.

- & pa.2.nu.188
Vtrum homo per seipsum debeat poenitentiā iniunctam implere. fo.128 pa.2.nu.189
Vtrum flagella inficta à Deo sint satisfactoria pro peccatis. fo.& pa.ead.nu.190
Vtrū opera pœnalia satisfactoria, sint tria ieuniū, eleemosyna, oratio. fo.129 pa.2.nu.191
Vtrum pœnitēs teneatur adimplere pœnitentiā iniunctam fo.130 pa.1.nu.192
Vtrum possit confessōr imponere quācumq; pœnitentiā. fo.130 pa.2.nu.193
Vtrum secundus cōfessor possit cōmutare, vel tollere pœnitentiā iniuctam à primo cōfessore. fo.131 pa.1.nu.194

Quæstio. 5. de Extrema vñctione.

- V**trum extrema vñctio sit sacramentū. fo.132 pag.1.nu.195
Vtrum sit à Christo instituta. fo.132 pa.1.nu.196
De effectu eius. fo.eod.pag.2. nume.197.
Vtrum sit vñū sacramentū, an plura. fo.133 pa.2.nu.198
Vtrum oleū sit materia eius. fo.134.nu.199
Vtrum oleum debeat esse consecratū. fo.134 pa.2.nu.200

- Quæ sit forma huius sacramen-**
 men. fo.135 pa.1.nu.201
An sit de necessitate salutis.
 fo.135 pa.2.nu.202
Vtrum omnis sacerdos sit mi-
 nister extremae vñctionis.
 fo.136 pa.1.nu.203
Vtrum satis debeat conferri.
 fo.eod.pa.1.nu.204
Vtrum omnes infirmi sint va-
 gendi. fo.136 pa.2.nu.205
In quibus partibus debeat vñ-
 gi infirmi. fo.137 pa.1. n.206
Vtrum extrema vñctio sit sa-
 cramentum iterabile. folio
 137 pa.2.nu.207

Quæstio. 6. de Ordine.

- V**trum septē ordines sint ex institutione diuina. fo.138 pa.1.nu.208
Vtrum ordo sit sacramentum.
 fo.139 pa.1.nu.209
De materia eius. fo.140 pa.2. nume.210
An sit necessarius cōtractus mā-
 teriæ. fo.141 pa.1.nu.211
Vtrum ordo imprimat chara-
 cte. fo.141 pa.2.nu.212
An insuscipiēdis ordinibus sit
 ordo, prioritatis scilicet. ibi
 dem. nu.213
An suscipiens ordines in mor-
 tali, peccet mortaliter. folio
 142 pa.1.nu.214
An exercens officia ordinis in
 peccato

T A B U L A .

- peccato, peccet mortaliter.
ibidem.
- V**erum solus episcopus possit
ordines conferre. fo. 142. pa.
2. nume. 215
- V**erum papa possit cōmittere
sacerdoti simplici collatio-
nem maiorū ordinum: que-
las de. fo. 143. pa. 1. nu. 216
- V**erū hæretici possint ordines
conferre. fo. eod. pa. 2.
- V**erum fœmina possit ordina-
ri. fo. & pa. 2. nu. 217
- Pueri an possint ordinari. fo.
144. pa. 1. nu. 218
- V**erum homicida & mutila-
tor possit ordinari. fo. & pa.
ead. nu. 219
- De irregularitatibus. ibidem.
- V**erum prima tonsura sit con-
ueniens. fo. 145. pa. 1. nu. 220.
- Q**uæstio. 7. de Ma-
trimonio.
- V**erum matrimonium sit
sacramentum. fo. 146.
pag. 1. nu. 221
- V**erum possit fieri per procura-
tores. fo. 146. pa. 2. nu. 222
- De materia matrimonij. folio
147. pa. 1. nu. 223
- An cōsensus sit de essentia ma-
trimonij. fo. 148. pa. 1. nu. 224
- V**erū cōsensus sufficiat ad ma-
trimoniū. fo. 148. pa. 1. nu. 225
- Q**uid faciet coniux quādo ha-
- bet coniecturas quod alter
non consensit in matrimo-
niū. fo. 148. pa. 2. nu. 226
- Q**uid faciet mulier, quādo is
qui cū ea cōtraxit secrete,
postea cōtrahit cum alia pu-
blicē. fo. 149. pa. 1. nu. 227
- A**n requiratur q̄ consensus in
terior exprimatur verbis.
fo. 149. pa. 1. nu. 228
- V**erum ad matrimoniuū suffi-
ciat consensus, & verba de
futuro. fo. eo. pa. 2. nu. 229
- V**erum contrahens per verba
de præsenti sine consen-
su interiori, verè contraxe-
rit, & ad quid teneatur. fo.
150. pa. 1. nu. 230
- V**erum post matrimonium li-
ceat trāsire ad religionem.
fo. eo. pa. 1. nu. 231
- Post matrimonium ratum &
non cōsummatum altero reli-
gionem profiente, alter po-
test transire ad secūdas nu-
ptias. fo. 150. pa. 2. nu. 232
- V**erum sponso vi matrimoniuū
consummato, sponsa possit
ingredi religionem. fo. 151.
pa. 1. nu. 233
- Ante cōsummationem matri-
monij licet intrare religio-
nem, in qua sit votum sole-
ne. fo. 151. pa. 2. nu. 234
- Q**uæ vocentur sponsalia. folio
152. pa. 1. nu. 235
- V**erum

T A B U L A T

- Vtrum sponsalia contracta inter illegitimas personas papa dispensante sint rata. fo. 152. pa. 2. nu. 236
- Vtrum sponsalia conditionata, adueniente conditione sint valida. fo. 153. pa. 1.
- Vtrum conditio impossibilis apposita matrimonio, vitiet illud. fo. 153. pa. 2. nu. 237
- Quid si apponantur aliæ conditiones. fo. 154. pa. 1. nu. 238
- Quis sit bigamus, & quotup. 154. pag. 2. nu. 239
- Vtrum bigamiae irregularitas tollitur per baptisum. fo. 155. pa. 1. nu. 240.
- Vtrum copula superueniens spōsalibus faciat matrimonium. fo. eo. pa. 2. nu. 241
- Vtrum cum quis accessit post sponsalia de futuro, ad spōsam non animo consummādi matrimonium, & postea contrahit cum alia, matrimonium sit validum. folio eod. pa. 2. nu. 242
- Vtrum qui accessit ad spōsam de futuro animo libidinoso. tantum, teneatur illam ducere. fo. 156. pa. 1. nu. 243
- Vtrum matrimonium clandestinum sit matrimonium. fo. 156. pa. 2. nu. 244
- Vtrum matrimonium clandestinum fiat aliquādo licite. fo.
- fo. 157. pa. 1. nu. 245
- Vtrum clandestine contrahētes incurvant pœnam alii quam. fo. eo. pa. 1. nu. 246
- Vtrū accedere ad spōsam ante benedictionē ecclesiae sit peccatum mortale. fol. 157. pag. 2. nu. 247
- Vtrum usus matrimonij clandestini sit peccatum mortale. fo. 158. pa. 1. nu. 248
- Vtrum cōlensus metu coactus sufficiat ad matrimonium. fo. 159. pa. 1. nu. 249
- Vtrum matrimonium ex cōfessu coacto, firmetur copula superueniente. fo. 159. pa. 1.
- Vtrum parentes possint cogere filios ad matrimonium. fo. 160. pa. 1. nu. 250
- Vtrum filij circa matrimonium teneantur obedire parentibus. fo. eod. pa. 2.
- Vtrum error personæ impedit matrimonium. fo. 160. pag. 2. nu. 251
- Vtrum usus matrimonij propter solam delectationē sit peccatum. fo. 161. pa. 1. nu. 252
- Vtrum usus matrimonij propter vitandam tentationem carnis sit bonus. fo. 161. pa. 2. nume. 253
- Vtrum abusus vxoris sit mortale. fo. 162. pa. 1. nu. 254
- Vtrum amplexus, oscula, & tactus

T A B V L A.

- tactus inter coniuges sine peccatum. fo. eo. pa. i. nu. : 55
- Vtrum coniugati teneantur si bi iniicem reddere debitū. fo. 163. pa. i. nu. : 56
- Vtrum accedere ad vxorem menstruatam sit peccatum. fo. eo. pa. i. nu. : 57
- Vtrū spōla ante benedictionē ecclesie teneatur reddere debitū. fo. 164. pa. i. nu. : 58
- Vtrum peccent coniuges conueniendo in festis magnis. fo. 164. pa. i. nu. : 59
- Vtrum in loco sacro possit redi debitum coniugale. folio & pa. z. nu. : 60
- Vtrum coniuges possint vovere continentiam. fo. eodem pag. i. nu. : 61
- Vtrum papa possit dispensare in matrimonio rato nō consummato. fo. 165. pa. i. n. : 62
- Quot sunt impedimenta matrimonij. fo. eod. pa. z. nu. : 63
- Vtrum impotētia eocundi impediat matrimonium. folio 166. pa. i. nu. : 64
- De ætate contrahentium. fo. eod. pa. z. nu. : 65
- Vtrum maleficium impedit. fo. 167. pa. i. nu. : 66
- Vtrum furia & amentia impedit. fo. eo. pa. z. nu. : 67
- Vtrum crimen incestus impedit. fo. 167. pa. z. nu. : 68
- Vtrū vir possit dimittere uxorem fornicatiam. fo. 169. pa. z. nu. : 69. & . 70
- Vtrum ordo impedit matrimonio. fo. 169. pa. z. nu. : 71
- Vtrum vxoridium impedit matrimonium cum concubina. fo. 170. pa. i. nu. : 72
- Vtrum votū impedit matrimonium. fo. 170. pa. z. nu. : 73
- Vtrum impedit cultus disperitas. fo. eo. pa. z. nu. : 74
- Vtrū cognatio impedit matrimonium. fo. 171. pa. i. nu. : 75
- Vtrum impedit affinitas. fol. 171. pa. z. nu. : 76
- De impedimento publicæ honestatis, an impedit matrimonium. fo. 171. pa. z. nu. : 77
- Vtrum parentes teneantur adere filios illegitimos. fo. 172. pag. i. nu. : 78
- Vtrum amicus, qui accepit hereditatem ab amico tali patre ut det eā filiæ spuriæ, teneatur eam ei dare, & illa licet possideat. fo. eod. pa. z. nume. : 79
- Vtrum cognatio spiritualis impedit matrimonium. folio & pag. ead. nu. : 80
- Vtrum cognatio legalis impedit. fo. 173. pa. i. nu. : 81

Quæstio. 8. de
Clauibus.

Clavis

T A B V L A.

- C**laus quid sit. folio.174.
pag.1.nu.1.
- Claves quādo fuerint da
tae apostolis. fo.eo.pa.2.nu.2.
- Verum potestas excommuni
candi dicatur clavis. fo.175.
pag.1.nu.3
- Vtrum omnes apostoli à Chri
sto immediate receperint
claves. fo.cod.pa.2.nu.4
- Vtrū potestas Petri fuerit ma
ior quam aliorum apostolo
rum. fo.176.pa.1.nu.5
- Vtrum episcoporum potestas
sit immediate à Christo. fo.
176.pag.2
- Vtrum claves apostolorū ad
huc in ecclesia permaneāt.
fo.177 pa.1.nu.6
- Clavis diffinitio. fo.177.p.2.n.7
- Regnum cælorum multiplici
ter capitur in sacris literis.
fo.178.pag.1.
- Vtrum prædictor regnū cæ
lorū aperiāt. fo.eo.pa.1.n.co.
- Vtrum clavis & charact. sint
idem. fo.178.pa.2.nu.8
- Clavis duplex, sc̄iētia scilicet
& iurisdictionis. fol.eodem
pag.2.nu.9
- Vtrum claves culpā & pœnā
remittant. fo.179.pa.1.nu.10
- Vtrum sacerdos possit ligare
ad pœnā. fo.eo.pa.2.nu.11
- Qualem satisfactiōnis pœni
tentiam confessor imponet.
fo.180.pa.1.nu.12
- Vtrū unus confessor possit pœ
nitentiā ab alio impositam
mutare. fo.181.pa.1.nu.13
- Vtrū legales sacerdotes claves
habuerint. fo.eo.pa.1.nu.14
- Christus clauem habuit. folio
cod.pa.2.num.eodem.
- Sacerdotes habent clauem or
dinis.ibidem.
- Fœminæ nullam potestatem
spiritualem habent. fo.182
- Vtrū Abbatissæ, Priorissæ præ
cepta possint imponere. ibid.
- Vtrum mali sacerdotes claviū
vsum habeant. fo.182.pag.1.
num.e5
- Vtrum hæretici, schismatici,
excommunicati, degradati.
clavium vsum habeant. fol.
182.pa.2.nu.16
- Vtrum hujusmodi prædicti in
mortis articu. possint absol
uere. fo.eod.pa.2.nu.17
- Vtrum excommunicati in ar
ticulo mortis possint cōfes
sionem audire. fo.183.pag.1.
num.eodem.
- Vtrū sacerdos in quēlibet vti
clave possit. fo.184.pa.nu.18
- In quinque casibus non debet
proprius sacerdos sibi subdi
tum absoluere. fo.184.pa.1.
- Vtrū si sacerdos absoluat fœ
minā cū qua peccauit, ablo
lutio teneat. fo.eo.p.2.n.co.
- Q u e s t i o

T A B V L A.

Quæstio.9.de Ex-
communicatione.

EXcommunicatio quid sit
fo.185.pa.1.nu.1.

Vtrum ecclæsia hac possit
pœna punire. fo.186.pag.1.
nume.2.

Verum excommunicatio à re-
ceptione sacramentorum pri-
uet. fo.187.pa.1.nu.3.

Vtrum sacramētū annulle-
tur per hoc q̄ cōférat excō-
municatus. fo.188.pa.1.nu.4.

Vtrum causa excomuni-
cationis sit peccatum morta-
le. fo.189.pa.2.nu.5.

Vtrum statim q̄ homo peccet
mortaliter, excōmunicari
possit. fo.191.pa.1.nu.6.

Vtrū excommunicatio iniusta
sit valida, vel aliquē habeat
effectum. fo.191.pa.2.nu.7.

Vtrum excommunicatio igno-
rata liget. fo.192.pa.2.nu.8.

Vtrum incurrat sententiā ex-
cōmunicationis qui inuin-
cibiliter credēsse incurrit
aliquid fecit. fo.195.pa.1.n.9

Vtrū liceat cū excommunicato

cōmunicare. fo.196.pa.1.n.10
Vtrum excōmunicatū ab uno
episcopo, teneantur vitare
qui in alio episcopatu sunt,
fo.197.pag.2.nu.11.

Vtrum obligatio ad nō parti-
cipandū cum excōmunicati
santa sit, q̄ ad sui obser-
uantiam obliget cū pericu-
lo mortis. fo.199.pa.1.nu.12.

Vtrū excōmunicatus teneatur fide-
les vitare. fo.200.pa.1.nu.13.

Vtrū unus excōmunicatus, alium
excōmunicatum vitare te-
neatur. fo.201.pa.2.nu.14.

Vtrum cū excōmunicato ex-
cōicatione maiori prohibe-
tur licita vel illicita cōuer-
satio. fo.201.pa.1.nu.15.

Vtrū occulte excōmunicatus pos-
sit excōicare, ita q̄ talis se-
rēria valeat. fo.202.pa.2.n.16.

Quid sit excommunicatio mi-
nor, & in quibus casibus in-
curratur. fo.203.pa.1.nu.17.


Vtrum quilibet sacerdos absolu-
tere ab excōicatione mino-
ri possit. fo.203.pa.2.nu.18.

¶ Finis Tabulæ.

B A R C I N O N E,
E X C V D E B A T


Claudius Bornatius.

M. D. L X V,





sr.
Tab.
Nºm.
SVIMA
DE
Victoria



Est. 18
Tab. 2
Nºm. 30